GIFT OF
JANE K. SATHER



Digitized by the Internet Archive
in 2007 with funding from
Microsoft Corporation

http://www.archive.org/details/elementsofgeome00wilc

THE LATIN YEAR.

THE LATIN YEAR.

Compiled by the Rev. W. J. Loftie, B.A., F.S.A. *With illuſtrations by* Robert Bateman.

LONDON
BASIL MONTAGU PICKERING
196 PICCADILLY
1873

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY

BV468
46

THE LATIN YEAR A COLLECTION OF HYMNS FOR THE SEASONS OF THE CHURCH SELECTED FROM MEDIÆVAL AND MODERN AUTHORS. PART I. LENT AND EASTER.

BASIL MONTAGU PICKERING,
196, PICCADILLY,
LONDON.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF
CALIFORNIA

Ecce angeli acceſſerunt et miniſtrabant Ei.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

DIES CINERUM.

Ne videaris hominibus jejunans, ſed Patri tuo.

I.

IEſu, quadragenariæ
Dictator abſtinentiæ
Qui ob ſalutem mentium
Hoc ſanxeras jejunium,

II.

Adeſto nunc eccleſiæ,
Adeſto pœnitentiæ,
Quæ pro ſuis exceſſibus
Profuſis orat precibus.

III.

In retroacta crimina
Tua remitte gratia;
Et a futuris adhibe
Cuſtodiam miliſſime:

IIII.

Ut, expiati annuis
Jejunorum victimis,
Tendamus ad paſchalia
Digne colenda gaudia.

DIES CINERUM.

Parce, Domine, parce populo tuo.

Dies iræ, dies illa
Solvet ſæclum in favillâ,
Teſte David cum Sibylla.

Quantus tremor eſt futurus,
Quando Judex eſt venturus,
Cuncta ſtricte diſcußurus.

Tuba, mirum ſpargens ſonum
Per ſepulchra regionum,
Coget omnes ante thronum.

Mors ſtupebit et natura
Quum reſurget creatura
Judicanti reſponſura.

Liber ſcriptus proferetur
In quo totum continetur,
De quo mundus judicetur.

Judex ergo quum ſedebit,
Quidquid latet, apparebit,
Nil inultum remanebit.

Quid ſum miſer tunc dicturus,
Quem patronum rogaturus,
Quum vix juſtus ſit ſecurus?

Rex tremendæ majeſtatis,
Qui ſalvandos ſalvas gratis,
Salva me, fons pietatis.

Recordare, Jeſu pie,
Quod ſum cauſa tuæ viæ;
Ne me perdas illâ die.

Quærens me ſediſti laſſus,
Redemiſti crucem paſſus:
Tantus labor non ſit caſſus.

Juſte Judex ultionis,
Donum fac remiſſionis
Ante diem rationis.

Ingemiſco tanquam reus,
Culpâ rubet vultus meus:
Supplicanti parce, Deus.

Qui Mariam abſolviſti,
Et latronem exaudiſti,
Mihi quoque ſpem dediſti.

Preces meæ non ſunt dignæ,
Sed tu bonus fac benigne
Ne perenni cremer igne.

Confutatis maledictis,
Flammis acribus addictis,
Voca me cum benedictis.

Oro ſupplex et acclinis;
Cor contritum quaſi cinis:
Gere curam mei finis.

DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ.

Et oſtendit Ei omnia regna mundi, et gloriam eorum.

I.

CUr *mundus militat ſub vana gloria,*
Cujus proſperitas eſt tranſitoria?
Tam cito labitur ejus potentia
Quam vaſa figuli, quæ ſunt fragilia.

II.

Plus crede literis ſcriptis in glacie,
Quam mundi fragilis vanæ fallaciæ:
Fallax in præmiis virtutis ſpecie,
Quæ nunquam habuit tempus fiduciæ.

III.

Tot clari proceres, tot regum ſpatia,
Tot ora preſulum, tot regna fortia,
Tot mundi principes, tanta potentia,
In ictu oculi, clauduntur omnia.

IIIJ.

Quam breve feſtum eſt hoc mundi gloria!
Ut umbra hominis, ſic ejus gaudia,
Quæ ſemper ſubtrahunt æterna præmia,
Et ducunt hominem ad dura devia.

V.

O eſca vermium! O maſſa pulveris!
O vos, O vanitas, cur ſic extolleris?
Ignoras penitus utrum cras vixeris,
Benefac omnibus, quamdiu poteris.

VJ.

Hæc carnis gloria quæ magni penditur,
Sacris in litteris flos fœni dicitur;
O leve folium, quod vento rapitur!
Sic vita hominis hac via tollitur.

VIJ.

Nil tuum dixeris quod potes perdere!
Quod mundus tribuit, intendit rapere:
Superna cogita, cor ſit in æthere:
Felix, qui potuit mundum contemnere!

DOMINICA SECUNDA QUADRAGESIMÆ.

Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem.

I.

HOmo Dei creatura,
C*ur in carne moritura*
E*ſt tam parva tibi cura*
P*ro æterna gloria?*
I*lla quanta ſit ſi ſcires,*
P*ræter eam nil ſitires;*
N*ec mundana ſic ambires,*
V*ana, tranſitoria.*

II.

I*llic angelorum chori,*
S*ancti, facie decori,*
V*ivere et nunquam mori,*
M*ortis nec memoria;*

I*n eternum ſed gaudere,*
S*ummo bono inhœrere,*
C*uncta bona poſſidere*
I*n eterna gloria.*

III.

N*unquam auris hœc audivit,*
N*ec videre quiſquam ſcivit;*
S*olum qui in cœlis vivit,*
S*cit experientia,*
Q*uid, a malis liberati*
E*t in gloria locati,*
I*pſe poſſident beati*
I*n Chriſti preſentia.*

IIII.

S*ed his paucis propalatis*
P*artim tactis et narratis,*
Q*uæ tum ſanctis, tum damnatis*
P*reparata legimus;*

J*am prudentius agamus,*
S*anctam vitam eligamus,*
I*n hoc mundo defleamus*
M*ala quæ peregimus.*

v.

N*on vivamus ut jumenta,*
N*e poſt mortem ad tormenta*
V*eniamus et lamenta*
I*ntolerabilia.*
M*odo veniam precemur,*
M*ortem Chriſti meditemur,*
A*d ſuperna preparemur*
D*eſiderabilia.*

vj.

E*cce mundus evaneſcit,*
D*ecor ejus jam marceſcit,*
E*t quotidie vileſcit*
F*allax ejus gloria*

Quæ demergit ad inferna.
Ergo gloria ſuperna,
Vita nobis ſempiterna
Jugis ſit memoria.

DOMINICA TERTIA QUADRAGESIMÆ.

Chriſtus dilexit nos et tradidit ſemet ipſum pro nobis.

I.

Huc ad jugum Calvariæ,
Hoc Jeſum ſequamur ducem:
Noſtræ trophæum gloriæ,
Deoſculemur crucem.
Qui generoſus miles eſt,
Sibi ducat honori,
Cum duce Jeſu millies
In crucis campo mori.

ij.

Quis colla miles excutit,
Hæc eſt eundum via:
Quo dux vexillum prætulit,
Sequamur turma pia,
Eſt ſumma puti gloria:
Nec eſt tam falſus potus,
Qui non crucis memoria
Exhauriatur totus.

iij.

Moroſus es et tetricus,
Morborum cinctus choro?
Ægrotat tecum medicus
Decumbens crucis thoro,
Non eſt a Chriſti vertice
Ad plantam pedis vena,
Pro te quam non, O perdite,
Major affligit pœna.

iiij.

Divitiis exutus es,
Mendicitatis hæres?

I*n cruce Jeſus nudus eſt,*
N*unc minus ægre feres.*
E*t vulpes diverticulum,*
E*t nidum noſcit paſſer:*
E*heu! Chriſti cubiculum*
E*ſt dura crucis aſſer.*

v.

M*aledicis ſermonibus*
S*i fama laceratur,*
E*n Jeſus cum latronibus*
I*niquis deputatur;*
C*um hinc lavorum ſpicula*
C*orpus perpenetrarunt,*
I*nde linguarum jacula*
M*entem tranſverberarunt.*

vj.

F*atale times jaculum*
T*e quando mors invadet?*
O *nobile ſpectaculum!*
M*iles cum duce cadet:*

C*hriſtus acerbi funeris*
P*rior excepit ictum,*
H*inc tu lethalem vulneris*
V*ix ſenties inflictum.*

VII.

T*andem ſi conſcientiæ*
T*e lancinant punctúræ,*
P*er fructus pœnitentiæ,*
H*æ ſopiuntur curæ:*
S*ub inclinato capite,*
Q*ui Spiritum emiſit,*
J*eſus favorem gratiæ*
E*t veniam promiſit.*

DOMINICA QUARTA QUADRAGESIMÆ.

Illa autem, quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.

I.

Eruſālem luminoſa
Veræ pacis viſio,
Felix nimis ac formoſa;
Summi Regis manſio;
De te O quam glorioſa
Dicta ſunt a ſæculo!

II.

Lapidibus expolitis
Structa tu mirifice,
Gemmis, auro, claris vitris,
Decoraris undique;
Portæ fulgent margaritis,
Plateæ ſunt aureæ.

III.

In te robuſta juventus
Tu ævum non deperit;
Senex ſeu morte prœventus
Neque eſt neque erit;
Sed neque futurum tempus;
Præſens nunquam præterit.

IV.

In te durat longitudo
Sempiterni temporis,
Quæ plena beatitudo
Reformati corporis;
Tu hoc par ſimilitudo
Redemptis et Angelis.

V.

O quam vere glorioſum
Eris, corpus fragile,
Cum fueris tam formoſum
Forte, ſanum, agile,
Liberum, voluptuoſum,
Tu ævum durabile!

VJ.

O *mni ſenſu ſenſitive*
V *igens Deum ſentiet,*
M *enteque intellective*
C *lare hunc intelliget,*
Q *uem amplectens unitive*
S *upra mentem diliget.*

VIJ.

N *oli flere, nec triſtari*
H *omo puſillanimis*
S *i contingat te gravari*
L *aboribus variis,*
S *eu graviter impugnari*
T *emptamentis dæmonis.*

VIIJ.

E *n audis quod non condignæ*
P *aſſiones ſæculi,*
A *d promiſſum tam inſigne*
S *empiterni præmii,*
Q *uo donabuntur benigne*
C *uncti Dei famuli.*

DOMINICA QUINTA QUADRAGESIMÆ.

Quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum Sanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſerviendum Deo viventi.

J.

QUI Iræ *contemplator crucis,*
M D*e quâ* R*ex pendebat lucis,*
N *oſtra pono lucra damno,*
N *oſtra lautiora temno.*

IJ.

M *e non ullo, Jeſu, pacto,*
T *uâ niſi cruce, jacto;*
Q *ueis fruebar mitto frui,*
S *anguinis ſecutor Tui.*

IIJ.

E *n! de manu, pede, fronte,*
A *mor, dolor manant fonte.*
O *amoris dolor finis!*
O *corona pulchra ſpinis!*

IV.

Donum foret tellus tota
Minus quam ad mea vota.
En! amori tantis digno
Mentem, vitam, me, reſigno.

DOMINICA PROXIMA ANTE PASCHA.

Ut in nomine Jeſu omne genu flectatur.

I.

Ve Jeſu, beatorum
Spes et ſalus miſerorum;
Lux et via Tu juſtorum,
Iter ſpernis impiorum.

II.

Ave nomen dulce Jeſus,
Tu de monte lapis cæſus,
Et vitalis mentis eſus;
Ad Te clamat homo læſus.

III.

A ve porta cœli clavis,
J eſu dulcis et ſuavis;
A d te clamo corde gravis,
Q ui quam mortem vitam mavis.

IV.

A ve Jeſu dulcis ſono,
S ume Tuo ſuper throno
V erba mea, quæ propono
P ietatis tuæ dono.

V.

A ve ſalus noſtræ ſpei,
M iſerere, Jeſu, mei;
O dulcedo requiei,
T u me ſana, virtus Dei.

VI.

C ive nomen admirandum,
O rbe toto prædicandum,
J eſu dulcis ab narrandum,
N os accendas ad amandum.

VIJ.

A *ve Jeſu mi benigne,*
N *omen tuum ob inſigne*
S *urge velox, ne maligne*
S *urgat boſtis in me digne.*

VIIJ.

A *ve Jeſu, princeps fortis*
E *t cœleſtis dux cohortis,*
N *e me premat umbra mortis*
E *duc de inferni portis.*

FERIA SECUNDA ANTE PASCHA.

Iſte formoſus in ſtola ſua.

j.

EXite *filiæ* Syon,
V*idete veſtrum regem,*
P*rodit e throno* Salomon,
A*d carum ſibi gregem,*
N*itente fulget purpura*
S*ceptro, corona gemmea.*

ij.

H*ic* Salomon *pacificus,*
N*on matris laurum ferens,*
E*ſt* Jeſus, Dei *filius*
O*livæ ramum gerens.*
S*ecuram pacis teßeram,*
O*ffert delicti veniam.*

III.

E jus corona ſplendicat,
S ed eſt contexta rubo;
E t gemmæ, quot intermicant,
N aſcuntur mari rubro;
S cintillant ſicut faculæ,
N am ſunt cruoris maculæ.

IV.

S ceptrum quod geſtat regium,
Q uo legem dicit mundo,
N on faſcis eſt quiritium,
S ed fluctuans arundo:
N on enim virga ferrea
H umana regit pectora.

V.

F eſtiva regis purpura
Q uam rudis manus finxit,
C alonis eſt lanercula;
N on cocci vermis tinxit:
Q ui dixit Ego vermißum
C ruore tinxit coccinum.

VJ.

H inc regi regum ſervuli
C ervicem inflectamus,
R egis exemplo, ſæculi
P ompam diſpiciamus ;
N e membri pectus frigeat
Q uum caput ſpinis rigeat.

FERIA TERTIA ANTE PASCHA.

Alios ſalvos fecit.

J.

O Mi Jeſu, qui ſubire
V oluiſti pro me diræ
C rucis ignominiam ;
Q ui pro meis Te peccatis
I n hac ara pietatis
D ederas in hoſtiam ;

II.

Coram Te en ſupplex cado,
Et me Tibi totum trado,
Ac in ſervum conſecro.
Scio quidem me peccaſſe,
Et ut ovem aberraſſe,
Ah! condones obſecro.

III.

Tandem rogo tot labores
Tantus ſanguis, et dolores,
Fac in me non pereant:
Sed quod hactenus peccavi
Tua Crux, cum ſpinis, clavi
Ac mors tua deleant.

FERIA QUARTA ANTE PASCHA.

Et quærebant principes ſacerdotum, et ſcribæ, quomodo Jeſum interfecerent.

J.

O Popule mi, quid merui?
In quo te contriſtavi?
Nonne quibus debui
Bonis te ornavi.

IJ.

Dic quâ in re offendite?
Quo modo vis, abunde;
Emendabo quod in me
Diſplicet, reſponde.

IIJ.

Cur odio tam impio
Ut hoſtem me invadis?
Crucis cur ſupplicio
Me necandum tradis?

IV.

T*e condidi et nibili*
T*e ex abyſſo duxi:*
V*itam tibi contuli,*
M*ente te inſtruxi.*

V.

T*u impio judicio*
M*e morti condemnaſti:*
H*oſte tu cum ſtygio*
I*n me conſpiraſti.*

VJ.

T*ot ſidera hâc dexterâ*
I*n tuas uſus feci;*
P*lantas tot et pecora*
H*âc tibi ſubjeci.*

VIJ.

E*n liberum te dominum*
C*unctorum procreavi*
M*undum in palatium*
T*ibi fabricavi.*

VIIJ.

T*u pauculis argenteis*
M*e hoſti vendidiſti;*
E*t ut ſcurram Ætheris*
R*egem prodidiſti.*

IX.

T*u fuſtibus et enſibus*
A*rmatus ad me venis;*
E*t ceu furem funibus*
L*igas et catenis.*

X.

U*t unicum te filium*
I*n meo ſinu fovi;*
S*emper tuum commodum*
S*edulo promovi.*

XI.

T*u ſcommatis et colaphis*
H*anc curam rependiſti:*
P*robris tu me pluribus*
C*aptum affeciſti.*

XIJ.

T*e variis ſcientiis*
P*ræ brutis exornavi:*
T*e et ipſis angelis*
P*rope exæquavi.*

XIIJ.

U*t ſtolido et fatuo*
T*u mihi illuſiſti:*
T*u latroni impio*
M*e poſthabuiſti.*

XIV.

O *populo mi, nam merui*
H*orrende ſic tractari?*
E*t tam miſerabili*
M*odo trucidari?*

XV.

A*b, propera convertere,*
P*eccata deteſtare:*
Q*uare te vis perdere,*
C*um queas ſalvare?*

FERIA QUINTA ANTE PASCHA.

Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini *annuntiabitis, donec veniat.*

I.

PAnge *lingua glorioſi*
C*orporis myſterium;*
S*anguiniſque pretioſi,*
Q*uem in mundi pretium:*
F*ructus ventris generoſi,*
R*ex effudit gentium.*

II.

N*obis datus, nobis natus,*
E*x intacta* Virgine;
E*t in mundo converſatus,*
S*parſo verbi ſemine;*
S*ui moras incolatus*
M*iro clauſit ordine.*

III.

In ſupremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus;
Obſervata lege plene
Cibis in legalibus;
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.

IV.

Verbum Caro panem verum
Verbo Carnem efficit;
Fitque Sanguis Chriſti merum:
Et ſi ſenſus deficit,
Ad firmandum cor ſincerum
Sola Fides ſufficit.

V.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui;
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui;
Præſtet Fides ſupplementum
Senſuum defectui.

VJ.

O *Jeſum, Tuum vultum,*
Quem colimus occultum
Sub panis ſpecie,
Fac, ut, remoto velo,
Glorioſo in cœlo,
Cernamus acie.

DIES PASSIONIS.

Ut faciam, Deus, voluntatem Tuam.

AD MATUTINAS.

PAtris *ſapientia, veritas* Divina,
Deus-Homo, *captus eſt hora matutina,*
A notis diſcipulis cito derelictus,
A Judæis venditus, traditus, afflictus.

AD PRIMAM.

Hora prima ductus eſt Jeſus ad Pilatum,
Falſis teſtimoniis multum accuſatum;



Ubi crucifixerunt Eum.

In collo percutiunt manibus ligatum:
Vultum Dei conſpuunt lumen cœli gratum.

AD TERTIAM.

"Crucifige" clamitant hora tertiarum,
Illuſus induitur veſte purpurarum;
Caput Ejus pungitur corona ſpinarum;
Crucem portat humeris ad locum pœnarum.

AD SEXTAM.

Hora ſexta Jeſus eſt cruci conclavatus,
Atque cum latronibus pendens deputatus;
Præ tormentis ſitiens felle ſaturatus,
Agnus crimen diluit ſic ludificatus.

AD NONAM.

Hora nona Dominus Jeſus expiravit,
"Heli!" clamans animam Patri commendavit;
Latus ejus lancea miles perforavit,
Terra tunc contremuit et ſol obſcuravit.

AD VESPERAS.

De cruce deponitur bora veſpertina,
Fortitudo latuit in mente divina:
Talem mortem ſubiit vitæ medicina,
Heu! corona gloriæ jacuit ſupina.

AD COMPLETORIUM.

Hora completorii datur ſepulturæ
Corpus Chriſti nobile, ſpes vitæ futuræ:
Conditur aromate complentur Scripturæ,
Jugi ſit memoria mors hæc mihi curæ.

DIES PASSIONIS.

Jesus Nazarenus, Rex Judæorum.

I.

Salve mundi salutare
Salve, salve, Jesu care;
Cruce tuæ me aptari
Vellem tibi me æquari;
Da mihi tui copiam.

II.

Salve Jesu, Rex Sanctorum,
Spes votiva peccatorem,
Crucis ligno tanquam reus
Pendens homo, verus Deus;
Caducis nutans genibus.

III.

Salve Jesu, Pastor bone
Fatigatus in agone;
Qui per lignum es distractus,
Et ad lignum es compactus,
Expansis sanctis manibus.

IV.

Salve caput cruentatum,
Totum spinis coronatum,
Conquassatum, vulneratum,
Arundine verberatum,
Facie sputis illitâ.

V.

Salve latus Salvatoris
In quo latet mel dulcoris;
In quo patet vis amoris,
Ex quo scatet fons cruoris
Qui corda lavat sordida.

VJ.

C*lavos pedum, plagas duras,*
E*t tam graves impreſßuras,*
C*ircumplector cum affectu,*
T*uo pavens in aſpectu*
T*uorum memor vulnerum.*

VIJ.

D*ulcis Jeſu, pie Deus,*
A*d Te clamo licet reus:*
P*ræbe mihi Te benignum,*
N*e repellas me indignum*
D*e Tuis ſanctis pedibus.*

VIIJ.

D*um me mori eſt neceſße,*
N*oli mihi tunc deeſße;*
I*n tremendâ mortis horâ*
V*eni Jeſu abſque morâ,*
T*uere me et libera.*

IX.

Cum me jubes emigrare
Jeſu care tunc appare;
O amator amplectende
Temet ipſum tunc oſtende,
In cruce ſalutifera!

DIES PASSIONIS.

Videbunt in Quem transfixerunt.

I.

PLange Sion filia,
Leva ſupercilia,
Vide pium Jeſum
Per pectus, per ilia,
Per membra gracilia
Vulneratum, læſum
Graviturque cæſum.

II.

Patitur juſtitia
Pœnas et ſupplicia
Falſis a Judæis,
Qui tot beneficia
Totque verba mitia
Conferebat eis
Diræ mortis reis.

III.

O *perationibus,*
V *erbis et ſermonibus*
C *lare radiavit,*
T *amen eſt latronibus*
P *ar in paſſionibus,*
D *um crucem portavit,*
Q *ua nos liberavit.*

IV.

C *ondolent flagitiis*
E *t dei triſtitiis*
O *mnes creaturæ,*
S *ed manet in vitiis*
S *ubdita duritiis*
G *ens cervicis duræ,*
N *on eſt ſibi curæ.*

V.

C *uſpis arundinea*
C *um corona ſpinea*
S *acra membra forat,*
F *undatori vinea*

V *ina dat ſanguìnea*
N *aturaque plorat,*
D *um Jeſus laborat.*

VJ.

C *ujus efficacia*
V *icit cum audacia*
B *arrabam dicentes.*
S *uæ mortis gratia*
D *ucat ad palatia*
C *œli cunctas gentes*
I *n Eum credentes.*

VIGILIA PASCHATIS.

Chriſtus pro peccatis noſtris mortuus eſt, Juſtus pro injuſtis.

IEſus, pro me perforatus,
Condar intra Tuum latus.
Tu per lymphàm profluentem,
Tu per ſanguinem tepentem,
In peccata mi redunda,
Tolle culpam, ſordes munda.

Coram Te, nec juſtus forem
Quamvis totâ vi laborem,
Nec ſi fide nunquam ceſſo,
Fletu ſtillans indefeſſo:
Tibi ſoli tantum munus;
Salva me, Salvator unus!

Nil in manu mecum fero,
Sed me verſus Crucem gero;
Veſtimenta nudus oro,
Opem debilis imploro;
Fontem Chriſti quæro immundus,
Niſi laves, moribundus.

Dum bos artus vita regit;
Quando nox ſepulchro tegit;
Mortuos cum ſtare jubes,
Sedens Judex inter nubes;
Jeſus, pro me perforatus,
Condar intra Tuum latus.

DIES PASCHATIS.

Oportebat Eum a mortuis resurgere.

I.

SUurrexit *Christus hodie*
H umano pro solamine.
A lleluia.

II.

M ortem qui passus corpore
M iserrimo pro homine.
A lleluia.

III.

M ulieres ad tumulum
D ona ferunt aromatum.
A lleluia.

IV.

Quærentes Jesum dominum,
Qui est salvator hominum.
A lleluia.

Mors Illi ultra non dominabitur.

v.

A *lbum videntes angelum*
A *nnunciantum gaudium:*
A *lleluia.*

vj.

M *ulieres* O *tremulæ,*
I *n Galilæam pergite!*
A *lleluia.*

vij.

D *iſcipulis hoc dicite,*
Q *uod ſurrexit rex gloriæ.*
A *lleluia.*

viij.

P *etro debinc et ceteris*
A *pparuit apoſtolis.*
A *lleluia.*

ix.

P *aſchali pleno gaudio*
B *enedicamus domino.*
A *lleluia.*

DIES PASCHATIS.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.

I.

CEdant *justi signa luctus;*
C*essat metus, cedant fluctus:*
M*oses mare superat,*
I*sraëlem liberat.*
V*ita mortem morte stravit,*
A*gnus sanguine nos lavit,*
I*nduens nos gloria.*
A*lleluia.*

II.

E*n abyssi claustra tonant,*
E*t catenæ tractæ sonant;*
T*urba* P*atrum cœlica*
E*volat ad gaudia.*

Lytrum Deus-Homo pendit;
Dumque cœlum nunc aſcendit
Ejus eſt victoria.

Alleluia.

III.

Surgit Chriſtus e ſepulcro,
Solo Deitatis fulcro
Nixus, dum humanitas
Superat miſerias,
Ut nos ſurgeremus rei
In humilitate Dei;
Nobis eſt victoria.

Alleluia.

IV.

Docet ita nos Salvator
Uti debeat peccator
E ſepulcro criminum
Evolare in gaudium.
Quod a nobis actum fuit

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

I *nſons Chriſtus morte luit:*
C *anite: victoria.*
A *lleluia.*

V.

F *ruſtra victus orcus frendet;*
S *ol ſalutis nobis ſplendet*
L *iberi ſunt liberi;*
S *ervitus Diaboli,*
L *aqueus nunc eſt confractus:*
J *am triumphus eſt peractus;*
S *urgite ad præmia.*
A *lleluia.*

VJ.

E *rgo ſalvæ turba gentis,*
N *unc excuſso ſomno mentis,*
T *andem expergiſcite;*
S *alvatorem ſequere:*
S *alvatoris ſemper præſto*
N *obis ad jumentum eſto:*
N *oſtra ſit victoria.*
A *lleluia.*

FERIA SECUNDA IN PASCHATE.

Cognoverunt Eum *in fractione panis.*

I.

VEni, *Chriſte optime*
R*ex veni, Jeſu care,*
E*t in ſinu animæ*
G*ratanter hoſpitare.*

II.

S*alve deſiderium*
T*u patrum antiquorum,*
S*alve,* O *amantium*
A*mator amicorum,*

III.

T*u es, quem veraciter*
D*eſiderat cor meum,*
C*onfiteor tenaciter*
T*e* Hominem *et* Deum.

IV.

Mecum nil permaneat,
Quo miſer ſum offenſus,
Totus in me ardeat
Amoris tui ſenſus.

V.

Mentem meam dulciter
Divinitus accende,
Te inviſibiliter
Præſentem hic oſtende.

VJ.

Tibi fac hoſpitium
Per gratiam dulcoris,
Sedem et triclinium
In corde peccatoris.

VIJ.

O benigne Domine,
Hoc unum precor a te,
Fac in tuo nomine
Pro ea caritate,

VIIJ.

Qua in carnem fragilem
Dignatus es venire,
Ad me deſpicabilem
Digneris introire,

IX.

Totus mihi jungere
Salutis meæ Deus,
Cor meum complectere
Fidelis hoſpes meus.

X.

Quis ſim, ne conſideres,
Peccator ſum et reus,
Tu cur homo fieres,
Memento, pie Deus.

XJ.

Propera, ingredere
Et veni feſtinanter,
Peccatori jungere
Te rogo nunc amanter.

Dixit ei Jesus, Noli Me tangere.

FERIA TERTIA IN PASCHATE.

Deus vero ſuſcitavit Eum a mortuis.

I.

QOrtis portis fractis, fortis
F ortior vim ſuſtulit;
E t per crucem regem trucem
I nfernorum perculit.

II.

L umen clarum tenebrarum
S edibus reſplenduit;
D um ſalvare, recreare,
Q uod creavit, voluit.

III.

H inc Creator, ne peccator
M oreretur, moritur;
C ujus morte novâ ſorte
V ita nobis oritur.

IV.

R *eſurrexit, et revexit*
S *ecum Deus hominem,*
R *eparando quam creando*
D *ederat originem.*

V.

P *er Auctoris paſſionem*
A *d amiſſam regionem*
P *rimus redit nunc colonus:*
U *nde lætus fit hic ſonus.*


ALDI
DISCIP·
ANGLVS

CHISWICK PRESS :—PRINTED BY WHITTINGHAM AND WILKINS,
TOOKS COURT, CHANCERY LANE.

THE LATIN YEAR.

THE LATIN YEAR A COLLECTION OF HYMNS FOR THE SEASONS OF THE CHURCH SELECTED FROM MEDIÆVAL AND MODERN AUTHORS. PART II. ASCENSION AND WHITSUNTIDE.

BASIL MONTAGU PICKERING,
196, PICCADILLY,
LONDON.

Ego torcular calcavi solus.

DOMINICA PRIMA POST PASCHA.

Hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.



I.

Exta paſsus feria,
Die Chriſtus tertia
Reſurrexit;
Surgens cum victoria
Collocat in gloria
Quos dilexit.

II.

Pro fideli populo
Crucis in patibulo
Immolatur:
Clauditur in tumulo:
Tandem in diluculo
Suſcitatur.

III.

C *hriſti crux et paſſio*
N *obis eſt præſidio*
S *i credamus;*
C *hriſti reſurrectio*
F *acit ut a vitio*
R *eſurgamus.*

IV.

H *oſtia ſufficiens*
C *hriſtus fuit moriens*
P *ro peccato;*
S *anguinis effuſio*
A *bluit nos, impio*
T *riumphato.*

V.

M *orte ſua ſimplici*
N *oſtræ morti duplici*
F *ert medelam;*
V *itæ pandit aditum,*
N *oſtrum ſanat gemitum*
E *t querelam.*

VJ.

L*eo fortis hodie*
D*at ſignum potentiæ*
R*eſurgendo,*
P*rincipem nequitiæ*
P*er arma juſtitiæ*
D*evincendo.*

VIJ.

D*iem iſtam Dominus*
F*ecit, in qua facinus*
M*undi lavit,*
I*n qua mors occiditur,*
I*n qua vita redditur,*
H*oſtis ruit.*

VIIJ.

G*eminatum igitur*
A*lleluia canitur*
C*orde puro,*
Q*uia culpa tollitur*
E*t vita promittitur*
I*nfuturo.*

IX.

In hoc mundi vespere
Fac tuos resurgere,
Jesu Christe;
Salutaris omnibus
Sit tuis fidelibus
Dies iste.

DOMINICA PRIMA POST PASCHA.

Et dicit eis, Accipite Spiritum Sanctum.

I.

Jesus, quando per amorem
" Vale" suum suspiraret,
Ducem dedit, Solatorem,
Nobis qui perstaret.

II.

Adest ergo gratus hospes,
Dulci certus vi manere,
Uno dum in corde sospes
Parvo scit sedere.

III.

Illius et, quæ mitis venit
Vox, par zephyro cadenti,
Ponit metus, vires lenit,
Cœlum præfert menti.

IV.

Illius, ſi quæ virtus ſurgit,
Si quid mali triumphatur,
Si quid mens in ſanctum pergit,
Sic, nec ſecus, datur.

V.

Spiritus O dulcis! homo
Cum nil purum conſcit ſibi,
Tibi ſit cor noſtrum domo,—
Purius, quia Tibi.

VJ.

Sic laudemus Patrem, Natum,
Et Te, Sancte, vi communi,
Unum Tribus conſummatum,
Tres innexos Uni.

Pax vobis.

DOMINICA SECUNDA POST PASCHA.

Ego ſum Paſtor Bonus.

I.

Eſu dulciſſime! e throno gloriæ
O vem deperditam veniſti quærere
J eſu ſuaviſſime, Paſtor fidiſſime!
A d Te, O trahe me, ut ſemper ſequar Te.

II.

E go qui perii, ovis ſum miſera;
A fauce tartari me, Jeſu, libera!
I n tuo ſanguine ab omni crimine
O Jeſu, lava me, ut mundus amem Te.

III.

S olamen flentium, dulcedo mentium,
A mor, fons gratiæ, terræ deliciæ,
S alvator optime, Paſtor fidiſſime!
A b boſte protege, poſt mortem eripe.

IV.

J eſu pulcherrime, ſponſe ſuaviſſime,
S ole ſerenior, et melle ſuavior!
D a, quæſo, gratiam, erranti veniam,
P oſt vitæ terminum, perenne gaudium.

DOMINICA TERTIA POST PASCHA.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

I.

O Quanta qualia
Sunt illa Sabbata,
Quæ ſemper celebrat
Superna curia;
Quæ feſſis requies,
Quæ merces fortibus,
Cum erit omnia
Deus in omnibus!

II.

Quis rex, quæ curia,
Quale palatium,
Quæ pax, quæ requies,
Quod illud gaudium,

H *ujus participes*
E *xponant gloriæ,*
S *i, quantum ſentiunt,*
P *oſſint exprimere.*

III.

V *ere Jeruſalem*
E *ſt illa civitas,*
C *ujus pax jugis eſt*
S *umma jocunditas :*
U *bi non prævenit*
R *em deſiderium,*
N *ec deſiderio*
M *inus eſt præmium.*

IV.

I *bi, moleſtiis*
F *initis omnibus,*
S *ecuri cantica*
S *ion cantabimus,*

E*t juges gratias*
D*e donis gratiæ*
B*eata referet*
P*lebs tibi, Domine.*

v.

I*llic nec Sabbato*
S*uccedit Sabbatum,*
P*erpes lætitia*
S*abbatizantium;*
N*ec ineffabiles*
C*eſsabunt jubili,*
Q*uos decantabimus*
E*t nos et Angeli.*

vj.

N*oſtrum eſt interim*
M*entes erigere*
E*t totis patriam*
V*otis appetere,*

Et *ad Jeruſalem*
A *Babylonia*
P*oſt longa regredi*
T*andem exilia.*

VII.

P*erenni Domino*
P*erpes ſit gloria,*
E*x Quo ſunt, per Quem ſunt,*
I*n Quo ſunt omnia;*
E*x Quo ſunt,* P*ater eſt,*
P*er Quem ſunt,* F*ilius,*
I*n Quo ſunt* P*atris et*
F*ilii* S*piritus.*

DOMINICA QUARTA POST PASCHA.

Ille Me glorificabit, quia de Me accipiet, et annuntiabit vobis.

I.

O Quam glorificum
S olum ſedere,
C orque pacificum
S ecum habere,
S ponſum per ſpeculum
M ente videre,
N eque contrarium,
Q uidquam timere.

II.

E xperientia
H æc multum cara,
H eu brevis, modica
N imiſque rara,

G*randis militia*
V*ita nam noſtra,*
Q*ua mala plurima*
B*onaque pauca.*

III.

Q*uia iniquitas*
M*ultum excreſcit,*
F*ervida caritas*
H*eu refrigeſcit,*
H*inc contrarietas*
N*unc circumquaque,*
I*ntus timiditas,*
D*eforis pugnæ.*

IV.

C*ur mihi miſero*
L*ux eſt collata?*
C*ui afflictio*
H*eu cumulata!*

Quidnam in ſæculo
Quam gravis labor,
Quam tribulatio
Frequenſque dolor?

v.

" *Vilis pulvicule,*
Cur querularis,
Hîc multifarie
Cum tribularis?
Neſcis, quod otio
Non nunc torpendum,
Sed jugi gladio
Magis utendum.

vj.

" *Ut aurum purius*
Igne purgatur,
Meus ſic filius
Pœna probatur:

E go quos diligo
S emper caſtigo,
N ec ſervus Domino
M ajor eſt ſuo.

VII.

" A n tibi excidit
Q uod relegiſti,
H îc crux quod exſtitit,
T otum quod vixi?
C aput nec habui
Q uo reclinarem,
H îc auctor ſæculi
C um exularem.

VIII.

" Q uanto hic amplius
H umiliaris,
T anto perfectius
M ihi æquaris,

Qui ſum altiſſimus,
Deus de Deo,
Sed tamen minimus
Neſquam in mundo.

IX.

" *Eſt Mihi patiens*
Pauper acceptus,
Clarus hîc inſolens
Semper deſpectus:
Mundo, quod inclytum
Eſt, bonoratur,
Mihi ut fœtidum
Abominatur.

X.

" *O ſi perpenderes*
Mea promiſſa,
Libens appeteres
Quæque moleſta,

P*oſſes ut conſequi*
G*audia Cœli,*
Q*uæ habent ſinguli*
H*îc pro Me paſſi.*

XJ.

" E*n pacis tempore*
P*lures amici,*
P*ugnæ ſub onere*
P*robantur ficti;*
S*ic vere noſcitur*
A*dverſitate,*
F*idus qui dicitur*
P*roſperitate.*

XIJ.

" N*il Mihi carius*
V*ales præſtare,*
T*ibi quam funditus*
R*enuntiare,*

C *uncta contraria*
S *ponte ſufferre*
H *æque ut munera*
M *ihi offerre.*

XIII.

" S *i nam iniquitas*
N *on dominetur,*
F *elix adverſitas*
S *emper meretur;*
E *ſt via regia*
H *æc electorum*
D *ucens ad atria*
R *egni cœlorum.*"

XIV.

H *îc patientiam,*
J *eſu, largire*
T *uamque gratiam*
H *îc impertire,*

M *eis in omnibus*
T *ua voluntas*
S *it gravaminibus*
S *umma voluptas.*

xv.

H *îc Tibi ſtudeam*
O *conformari,*
H *îc cruce valeam*
O *terminari,*
U *t, quod ſupplicio*
T *ibi ſodalis,*
C *œli convivio*
S *im commenſalis.*

xvj.

D *a hoc ingenite*
R *erum Creator,*
D *a unigenite*
M *undi Salvator,*

D *aque Paraclite*
U *trius amor;*
T *ibi perpetue*
S *it laus et honor.*

DOMINICA QUINTA POST PASCHA.

In illo die in nomine Meo petetis.

I.

Jesu dulcis memoria
Dans vera cordis gaudia;
Sed super mel et omnia
Ejus dulcis præsentia.

II.

Nil canitur suavius,
Auditur nil jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quam Jesus Dei Filius.

III.

Jesu, spes pœnitentibus,
Quam pius es petentibus,
Quam bonus Te quærentibus!
Sed quid invenientibus?

IV.

J *eſu dulcedo cordium,*
F *ons vivus, lumen mentium,*
E *xcedens omne gaudium*
E *t omne deſiderium.*

V.

N *ec lingua valet dicere,*
N *ec littera deſcribere·*
E *xpertus poteſt credere,*
Q *uid ſit Jeſum diligere.*

VJ.

J *eſum quæram in lectulo,*
C *lauſo cordis cubiculo,*
P *rivatim et in publico*
Q *uæram amore ſedulo.*

VIJ.

A *mor Jeſu dulciſſimus*
E *t vere ſuaviſſimus,*
P *lus millies gratiſſimus*
Q *uam dicere ſufficimus.*

VIIJ.

H*oc probat* E*jus paſſio,*
H*oc ſanguinis effuſio,*
P*er quam nobis redemptio*
D*atur et* D*ei viſio.*

IX.

J*eſum omnes agnoſcite,*
A*morem ejus poſcite,*
J*eſum ardenter quærite,*
Q*uærendo inardeſcite.*

X.

J*eſu, decus angelicum,*
I*n aure dulce canticum,*
I*n ore mel mirificum,*
I*n corde nectar cœlicum.*

XJ.

T*uus amor continuus*
M*ihi languor aſſiduus,*
T*u totus es mellifluus,*
F*ructus vitæ perpetuus.*

XIJ.

Quocumque loco fuero,
Mecum Jeſum deſidero.
Quam lætus, cum invenero!
Quam felix, cum tenuero!

XIIJ.

Jam, quod quæſivi, video:
Quod concupivi, teneo:
A more Jeſu langueo,
Et corde totus ardeo.

XIV.

Jeſum cum ſic diligitur,
Hic amor non extinguitur,
Non tepeſcit, nec moritur,
Plus creſcit et accenditur.

XV.

Tu mentis delectatio,
Amoris conſummatio:
Tu mea gloriatio,
Jeſu, mundi ſalvatio.

XVJ.

M *i dilecte, revertere,*
C *onsors paternæ dexteræ:*
H *oſtem viciſti proſpere,*
J *am cœli regno fruere.*

XVIJ.

S *equar quocunque ieris:*
M *ibi tolli non poteris,*
C *um meum cor abſtuleris,*
J *eſu laus noſtri generis.*

XVIIJ.

C *œli cives occurrite,*
P *ortas veſtras attollite;*
T *riumphatori dicite:*
A *ve Jeſu* Rex *inclite,*

XIX.

R *ex virtutum,* Rex *gloriæ,*
R *ex inſignis victoriæ,*
J *eſu largitor veniæ,*
H *onor cœleſtis patriæ.*

XX.

Te cœli chorus prædicat
Et Tuas laudes replicat:
Jesus orbem lætificat,
Et nos Deo pacificat.

XXJ.

Jesus ad Patrem rediit,
Cœleste regnum subiit:
Cor meum a me transiit,
Post Jesum simul abiit.

Nubes ſuſcepit Eum ab oculis eorum.

DIES ASCENSIONIS.

Aſſumptus eſt in Cœlum.

I.

POrtas veſtras æternales,
T riumphales, principales,
A ngeli, attollite.
E ja, tollite actutum,
V enit Dominus virtutum,
R ex æternæ gloriæ.

II.

V enit totus lætabundus
C andidus et rubicundus
T inctis clarus veſtibus.
N ova glorioſus ſtola,
G radiens virtute ſola,
M ultis cinctus millibus.

III.

Solus erat in egreſsu
Sed ingentem in regreſsu
Affert multitudinem,
Fructum ſuæ paſſionis,
Teſtem reſurrectionis,
Novam cœli ſegetem.

IV.

Regnet Chriſtus triumphator,
Hominumque liberator,
Rex miſericordiæ:
Princeps pacis, Deus fortis,
Vitæ dator, victor mortis,
Laus cœleſtis curiæ.

V.

Tu qui cœlum reſeraſti,
Et in illo præparaſti
Locum tuis famulis,
Fac me Tibi famulari,
Et Te piis venerari
Hic in terra jubilis;

VJ.

U t poſt actum vitæ curſum,
E go quoque ſcandens ſurſum
T e videre valeam,
J uxta Patrem conſidentem,
T riumphantem et regentem
O mnia per gloriam.

DOMINICA POST ASCENSIONEM.

Vos teſtimonium perhibebitis.

I.

POſtquam hoſtem et inferna
S poliavit, ad ſuperna
C hriſtus redit gaudia;
A ngelorum aſcendenti,
S icut olim deſcendenti
P arantur obſequia.

II.

S uper aſtra ſublimatur;
N on apparet, abſentatur
C orporis præſentia;
C uncta tamen moderatur,
C ujus Patri coæquatur
H onor et potentia.

III.

M odo victor, modo tutus,
E ſt in cœlo conſtitutus
R ector ſuper omnia.
N on eſt rurſum moriturus,
N ec per mortem mundaturus
H ominum contagia.

IV.

S emel enim incarnatus,
S emel paſsus, ſemel datus
P ro peccatis hoſtia,
N ullam feret ultra pœnam,
N am quietem habet plenam
C um ſumma lætitia.

V.

C um receſſit, ita dixit,
I ntimavit et infixit
T alia diſcipulis:
" I te, mundum circuite,
U niverſos erudite
V erbis et miraculis.

VJ.

N*am ad* Patrem Meum *ibo;*
S*ed ſciatis quod redibo:*
V*eniet* Paraclitus
Q*ui diſertos, et loquaces,*
E*t ſecuros, et audaces,*
F*aciet vos penitus.*

VIJ.

S*uper ægros et languentes*
M*anus veſtras imponentes*
S*anitatem dabitis;*
U*niverſas res nocentes*
I*nimicos et ſerpentes*
E*t morbos fugabitis.*

VIIJ.

Q*ui fidelis eſt futurus*
E*t cum fide ſuſcepturus*
B*aptiſmi remedium,*
I*n peccatis erit purus*
E*t cum juſtis habiturus*
S*empiternum gaudium!*"

DIES PENTECOSTES.

Paracletus autem Spiritus Sanctus, Quem mittet Pater in nomine Meo.

I.

VEni, *Sancte Spiritus,*
Et emitte cœlitus
Lucis tuæ radium.

II.

Veni, pater pauperum,
Veni, dator munerum,
Veni, lumen cordium:

III.

Consolator optime,
Dulcis hospes animæ,
Dulce refrigerium:

IV.

I *n labore requies,*
I *n æſtu temperies,*
I *n fletu ſolatium.*

V.

A *lux beatiſſima,*
R *eple cordis intima*
T *uorum fidelium.*

VJ.

S *ine* T*uo numine*
N *ihil eſt in homine,*
N *ihil eſt innoxium.*

VIJ.

L *ava quod eſt ſordidum,*
R *iga quod eſt aridum,*
S *ana quod eſt ſaucium:*

VIIJ.

F *lecte quod eſt rigidum,*
F *ove quod eſt languidum,*
R *ege quod eſt devium.*

IX.

D*a* T*uis fidelibus*
I*n* T*e confidentibus*
S*acrum ſeptenarium;*

X.

D*a virtutis meritum,*
D*a ſalutis exitum,*
D*a perenne gaudium.*

FERIA SECUNDA IN PENTECOSTE.

In nationes Gratia Spiritus Sancti effusa.

I.

LUx *jucunda, lux insignis,*
Qua *de throno missus ignis*
In *Christi discipulos,*
Corda *replet, linguas ditat,*
Ad *concordes nos invitat,*
Linguæ, *cordis, modulos.*

II.

Christus *misit quod promisit,*
Pignus *sponsæ quam revisit*
Die *quinquagesima:*
Post *dulcorem melleum*
Petra *fudit oleum,*
Petra *jam firmissima.*

III.

In *tabellis saxeis,*
Non *in linguis igneis*
Lex *de monte populo:*

P *aucis cordis novitas*
E *t linguarum unitas*
D *atur in cœnaculo.*

IV.

O *quam felix, quam feſtiva*
D *ies in qua primitiva*
F *undatur eccleſia!*
V *ivæ ſunt primitiæ*
N *aſcentis eccleſiæ,*
T *ria primum millia.*

V.

P *anes legis primitivi,*
S *ub una ſunt adoptivi*
F *ide duo populi:*
S *e duobus interjecit,*
S *icque duos unum fecit*
L *apis, caput anguli.*

VJ.

U *tres novi, non vetuſti,*
S *unt capaces novi muſti;*
V *aſa parat vidua;*

L*iquorem dat* Eli*ſæus;*
N*obis ſacrum rorem* Deus,
S*i corda ſint congrua.*

VIJ.

N*on hoc muſto vel liquore,*
N*on hoc ſumus digni rore,*
S*i diſcordes moribus:*
I*n obſcuris vel diviſis*
N*on poteſt hæc paracliſis*
H*abitare cordibus.*

VIIJ.

C*onſolator alme, veni;*
L*inguas rege, corda leni;*
N*ihil fellis aut veneni*
S*ub* T*ua præſentia.*
N*il jucundum, nil amœnum,*
N*il ſalubre, nil ſerenum,*
N*ihil dulce, nihil plenum,*
N*iſi* T*ua gratia.*

IX.

T*u es lumen et unguentum,*
T*u cœleſte condimentum,*
A *quæ ditans elementum,*
V*irtute myſterii:*
N*ova facti creatura,*
T*e laudamus mente pura,*
G*ratiæ nunc, ſed natura*
P*rius iræ filii.*

X.

T*u Qui dator es et donum,*
T*u Qui condis omne bonum,*
C*or ad laudem redde pronum,*
N*oſtræ linguæ formans ſonum*
I*n Tua præconia:*
T*u nos purga a peccatis,*
A*uctor ipſe puritatis,*
E*t in Chriſto renovatis*
D*a perfectæ novitatis*
P*lena nobis gaudia.*

Apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam ignis.

FERIA TERTIA IN PENTECOSTE.

Accipiebant Spiritum Sanctum.

I.

ALmum Flamen, Vita mundi,
Cujus virtus vegetat,
Quidquid æquoris profundi,
Soli quidquid et rotundi
Spatium progerminat,
Motor omnis creaturæ,
Vita vitæ ſub tellure,
Motus atque requies,
Spiritus, Tu unus es.

II.

Veni Spiritus Creator,
Dono largus ſeptuplo:
Veni terræ Renovator,
Pacis atque boni Sator,
Locuples ſolatio!

O *Tu mentibus beatis*
G *audium, ſed pravitatis*
I *nventori barathro*
M *axima confuſio.*

III.

S *uper aquas ferebatur*
D *ivus Ille Spiritus,*
Q *uando mundus condebatur,*
T *otus et animabatur*
V *ariis virtutibus;*
T *um quem primum animavit*
M *ox collapſum recreavit,*
L *argiter vivificam*
N *obis fundens gratiam.*

IV.

O *rbi tubas excitaſti*
S *acri Evangelii,*
P *er quas mundum ſuſcitaſti*
M *ortuumque præparaſti*
A *d fulgorem præmii:*

N *oſtrum roboraſti pectus,*
H *omo qui ſeu ſcuto tectus*
S *piritu lethiferum*
D *ebellaret ſpiritum.*

v.

H *uic ergo inclinemur,*
S *alva gens Spiritui;*
H *ujus dona demiremur,*
S *anctitatem veneremur*
I *n amore cernui;*
G *eminemus, Sanctus, Sanctus!*
E *ffundamus corde planctus*
C *oram Patre gratiæ*
M *emori miſeriæ.*

vj.

A *d Te gratiarum fontem*
N *oſtra currit anima:*
F *irma ſpiritum infontem,*
A *nimumque lava ſontem*
E *xundante gratia.*

P *ræſulum inſpira mentes,*
M *undi dirige potentes,*
S *acra ſit communitas*
M *era pax et unitas.*

VIJ.

O *mnium repurga pectus*
A *fermento ſæculi;*
C *edat Satan carne tectus;*
O *peroſæ quiſquis rectus*
C *orde ſubſit fidei,*
E *x primævo ſub ardore*
M *utuoque ſub amore*
T *otus grex fidelium*
C *olligatur ovium.*

DOMINICA TRINITATIS.

Sanctus, Sanctus, Sanctus.

I.

UNe, Bine, Trine,
D*omine divine!*
S*ole primo surgent* T*ibi laudes matutinæ.*
S*emel bisque terque*
S*ancte* R*ex,* P*aterque,*
U*no* D*eo* T*rinitas, beata nunc semperque!*

II.

S*ancte, Magne, Bone!*
Q*uot sanctorum pronæ*
T*ibi circa sedem cadunt aureæ coronæ!*
O *Qui nunquam peris,*
E *ras, es, et eris,*
S*uper angelos laudantes quale sceptrum geris!*

III.

T*rine*, B*ine*, U*ne!*
T*enebræ jejunæ*
T*uam celant gloriam ob vitium commune;*
S*anctus tamen reſtas*,
S*olus* C*ui poteſtas*
S*umma, ſummus inſit amor, ſummaque majeſtas.*

IV.

U*ne*, B*ine*, T*rine*,
M*axime*, D*ivine!*
T*e res terræ celebrant, aëriæ, marinæ.*
A*udi*, P*ater*, N*ate*,
S*piritus* B*eate*,
U*no* D*eo* T*rinitas, et* U*ne* T*rinitate!*

DOMINICA TRINITATIS.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Omnipotens.

I.

SANCTUS!

Pater in potentia,
Tua nos clementia
Simul et amore
Ab hoſtium furore
Digneris liberare
Et ſanctis ſociare.

II.

SANCTUS!

Filius ſapientia,
Qui obedientia
Mortis cum dolore,
Et ſanguinis ſudore,
Teneris nos amare
Et Tibi conſervare.

III.

SANCTUS!

S*piritus influentia*
C *orda exiſtentia,*
H *abito timore*
C *um fidei calore,*
N *on differ illuſtrare*
E *x morbida ſanare.*

IV.

DOMINUS DEUS SABAOTH, PLENI SUNT CŒLI ET TERRA GLORIA TUA!

Q*uam pro pœnitentia,*
Q *uæ fit cum frequentia*
S *umpto bono more,*
C *um caſtitatis flore*
V *is nobis, Chriſte, dare*
A *d illam et ornare.*

V

O SANNA IN EXCELSIS!

V *enit in eſsentia*
S *ua nos præſentia*
P *neumatis cum rore*
V *ult unum ſecum fore,*
N *os igitur curare*
S *alvator velis care.*

DOMINICA TRINITATIS.

Quatuor animalia plena oculis, ante et retro.

I.

Psallat chorus lætabundo:
Hos attollat per quos mundo
Sonant evangelia;
Voce quorum salus fluxit,
Nox præcessit et illuxit,
Sol illustrans omnia.

II.

Curam agens sui gregis
Pastor bonus, auctor legis
Quatuor instituit:
Quadri orbis ad medelam
Formam juris et cautelam
Per quas scribi voluit.

III.

C irca thema generale
H abet quiſque ſpeciale
S ibi privilegium;
Q uos deſignat in prophetа
F orma pictus ſub diſcreta
V ultus animalium.

IV.

P ellens nubem noſtræ molis
I ntuetur jubar ſolis
I oannes in aquila,
S upra cœlos dum conſcendit
S inu Patris deprehendit
N atum ante ſæcula.

V.

O s humanum eſt Matthæi;
I n humana forma, Dei
D ictantis proſapiam,
C ujus genus ſic contexit,
Q uod a ſtirpe David exit
P er carnis materiam.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

VJ.

R ectus bovis Lucæ datur :
I n qua forma figuratur
N ova Chriſtus hoſtia :
A ra crucis manſuetus
H ic mactatur ſic et vetus
T ranſit obſervantia.

VIJ.

E ſt leonis rugientis
M arco vultus reſurgentis
Q uo claret potentia :
V oce Patris ſuſcitatus
S urgit Chriſtus laureatus
I mmortali gloria.

VIIJ.

H is quadrigis deportatur
M undo Deus, ſublimatur
I ſtis arca vectibus,
P aradiſi hæc fluenta
N ova fluunt ſacramenta
Q uæ irrorant gentibus.

IX.

N *on eſt domus ruitura*
H *ac ſubnixa quadratura,*
H *æc eſt domus* Domini:
G *lorietur in hac domo*
Q *ua beatus vivit homo*
D *eus junctus homini.*

Jacebat ad januam.

DOMINICA PRIMA A TRINITATE.

Deus primus dilexit nos.

I.

O *Deus ego amo Te,*
Nam prior Tu amaſti me,
En libertate privo me
Ut ſponte vinctus ſequar Te.

II.

Nil ſuggerat memoria
Niſi de Tua gloria,
Nil intellectus ſapiat,
Præterquam ut te capiat.

III.

Proteſtor nihil velle me
Niſi quod ſciam velle Te;
Quæ dono Tuo mea ſunt,
Hæc dono meo Tua ſunt.

IV.

A Te *accepi, recipe,*
Quid *iis velis præcipe;*
Guberna *ſicut ſcis, et vis,*
Nam *ſcio quod amator ſcis.*

V.

A *more ſolo dona me,*
Ut *ego quoque amem* Te*;*
Hæc *dando dabis omnia,*
Nam *cætera ſunt ſomnia.*

DOMINICA SECUNDA A TRINITATE.

Si cor noſtrum non reprehenderit nos.

I.

Quum recordor diligenter
Quid poſt mortem ſit ſequenter,
Stabunt juſti quam prudenter,
Jam delector vehementer.

II.

Appropinquat enim dies,
In qua juſtus erit quies,
Qua ceſsabunt perſequentes
Et regnabunt patientes.

III.

Dies illa, dies vitæ,
Dies lucis inauditæ,
Et mors ipſa morietur,
Qua nox omnis deſtruetur.

IV.

Ecce Rex desideratus
Et a justis expectatus
Jam festinat exoratus,
Ad salvandum præparatus.

V.

Jam festinat Rex cœlestis,
Judex noster atque testis
Festinanter apparebit,
Omnis caro quem videbit.

VJ.

Apparebit nec tardabit,
Veniet ac demonstrabit
Gloriam, quam præstolantur
Qui pro fide tribulantur.

VIJ.

O quam pium, O quam gratum,
Quam suave, quam beatum
Erit tunc Jesum videre
His, qui Eum dilexere!

VIIJ.

O *beati tunc lugentes*
E *t pro Chriſto patientes,*
Q*uibus ſæculi preſſura*
R*egna dat ſemper manſura.*

IX.

I *bi jam non erit metus,*
N *eque luctus, neque fletus,*
N *on egeſtas, non ſenectus,*
N *ullus denique defectus.*

X.

I *bi pax erit perennis*
E *t lætitia ſolennis,*
F *los et decus juventutis*
E *t perfectio ſalutis.*

XJ.

N *emo poteſt cogitare,*
Q*uantum erit exultare,*
T *unc in cœlis habitare*
E *t cum angelis regnare.*

XIJ.

Ad hoc regnum me vocare,
Juſte Judex, tunc dignare,
Quem expecto, Quem requiro,
Ad Quem avidus ſuſpiro.

DOMINICA TERTIA A TRINITATE.

Fortes in fide.

I.

ARx *firma Deus noſter eſt:*
I*s telum, quo nitamur;*
I*s explicat ex omnibus*
Q*ueis malis implicamur.*
N*am cui ſemper mos,*
J*am ter terret nos;*
P*er aſtum, per vim,*
S*ævam levat ſitim;*
N*il par in terris illi.*

II.

I*n nobis nihil ſitum eſt,*
Q*uo minus pereamus;*
Q*uem Deus ducem poſuit,*
I*s facit ut vivamus.*

S*cin quis hoc poteſt?*
J*eſus Chriſtus eſt,*
Q*ui, dux cœlitum,*
N*on habet æmulum;*
I*s vicerit profecto.*

III.

S*it mundus plenus dæmonum,*
N*os cupiant vorare;*
N*on timor eſt: victoria*
N*il poteſt nos fruſtrare.*
H*em dux ſæculi!*
I*nvitus abi!*
I*n nos nil potes,*
N*am judicatus es;*
V*el vocula te ſternat.*

IV.

H*oc verbum non peſsumdabunt,*
N*ec gratiam merebunt:*
I*n nobis Chriſti ſpiritus*
E*t munera vigebunt.*

T*ollant corpus, rem,*
M*undique omnem ſpem:*
T*ollant! Jubilent!*
N*on lucrum hic ferent:*
M*anebit regnum nobis.*

DOMINICA QUARTA A TRINITATE.

Expectantes redemptionem.

I.

D perennis vitæ fontem
M ens ſitivit arida,
C lauſtra carnis præſto frangi
C lauſa querit anima:
G liſcit, ambit, eluctatur
E xul frui patria.

II.

D um preſſuris ac ærumnis
S e gemit obnoxiam,
Q uam amiſit, dum deliquit,
C ontemplatur gloriam;
P ræſens malum auget boni
P erditi memoriam.

III.

Nam quis promat ſummæ pacis
Quanta ſit lætitia,
Ubi vivis margaritis
Surgunt ædificia,
Auro celſa micant tecta,
Radiant triclinia?

IV.

Solis gemmis pretioſis
Hæc ſtructura nectitur;
Auro mundo tanquam vitro
Urbis via ſternitur;
Abeſt limus, deeſt ſimus,
Lues nulla cernitur.

V.

Hiems borrens, æſtas torrens
Illic nunquam ſæviunt;
Flos perpetuus roſarum
Ver agit perpetuum;
Candent lilia, rubeſcit
Crocus, ſudat balſamum.

VJ.

V*irent prata, vernant ſata,*
R*ivi mellis influunt;*
P*igmentorum ſpirat odor,*
L*iquor et aromatum;*
P*endent poma floridorum*
N*on lapſura nemorum.*

VIJ.

N*on alternat luna vices,*
S*ol, vel curſus ſiderum;*
A*gnus eſt felicis urbis*
L*umen inocciduum,*
N*ox et tempus deſunt ei,*
D*iem fert continuum.*

VIIJ.

N*am et ſancti quique velut*
S*ol præclarus rutilant,*
P*oſt triumphum coronati*
M*utui conjubilant,*
E*t proſtrati pugnas hoſtis*
J*am ſecuri numerant.*

IX.

O *mni labe defœcati*
C *arnis bella neſciunt,*
C *aro facta ſpiritalis*
E *t mens unum ſentiunt,*
P *ace multa perfruentes*
S *candalum non perferunt.*

X.

M *utabilibus exuti*
R *epetunt originem,*
E *t præſentem veritatis*
C *ontemplantur ſpeciem,*
H *inc vitalem vivi fontis*
H *auriunt dulcedinem.*

XI.

I *nde ſtatum ſemper idem*
E *xiſtendi capiunt,*
C *lari, vividi, jucundi,*
N *ullis patent caſibus:*
A *bſunt morbi ſemper ſanis,*
S *enectus juvenibus.*

XII.

Hinc perenne tenent eſse,
Nam tranſire tranſiit;
Inde virent, vigent, florent;
Corruptela corruit,
Immortalis vigor auræ
Mortis jus abſorbuit.

XIII.

Qui ſcientem cuncta ſciunt,
Quid neſcire nequeunt:
Nam et pectoris arcana
Penetrant alterutrum,
Unum volunt, unum nolunt,
Unitas eſt mentium.

XIV.

Licet cuique ſit diverſum
Pro labore meritum,
Caritas hoc facit ſuum
Quod amat in altero:
Proprium ſic ſingulorum
Fit commune omnium.

XV.

U bi corpus, illic jure
C ongregantur aquilæ,
Q uo cum angelis et ſanctæ
R ecreantur animæ;
U no pane vivunt cives
U triuſque patriæ.

XVJ.

A vidi et ſemper pleni
Q uod habent deſiderant,
N on ſatietas faſtidit,
N eque fames cruciat:
I nbiantes ſemper edunt,
E t edentes, inbiant.

XVIJ.

N ovas ſemper melodias
V ox meloda concrepat,
E t in jubilum prolata
M ulcent aures organa,
D igna per quem ſunt victores,
R egi dant præconia.

XVIIJ.

F*elix cœli quæ præſentem*
R*egem cernit anima,*
E t *ſub ſede ſpectat alta*
O*rbis volvi machinam,*
S*olem, lunam, et globoſa*
C*um planetis ſidera.*

XIX.

C *briſte, palma bellatorum,*
H*oc in municipium*
I *ntroduc me poſt ſolutum*
M*ilitare cingulum,*
F *ac conſortem donativi*
B*eatorum civium:*

XX.

P *ræbe vires inexhauſto*
L*aboranti prælio,*
N *ec quietem poſt procinctum*
D*eneges emerito,*
T *eque merear potiri*
S*ine fine præmio.*

ALDI
DISCIP.
ANGLVS

CHISWICK PRESS:—PRINTED BY WHITTINGHAM AND WILKINS,
TOOKS COURT, CHANCERY LANE.

THE LATIN YEAR.

THE LATIN YEAR A COLLECTION OF HYMNS FOR THE SEASONS OF THE CHURCH SELECTED FROM MEDIÆVAL AND MODERN AUTHORS. PART III. TRINITY.

BASIL MONTAGU PICKERING,
196, PICCADILLY,
LONDON.

Bonus Paſtor.

DOMINICA QUINTA A TRINITATE.

Oculi Domini ſuper juſtos.

I.

PAſtor meus, vivus Deus ;
Nihilo ſum cariturus :
Pulcris pratis, aquis gratis,
Ille me eſt aliturus.

II.

Ducet viis Idem piis,
Animam convertens meam ;
Propter Nomen, felix omen
Mihi dans, quocunque eam.

III.

Mortis vallis, licet callis
Fuerit, quo ambulabo ;
At nil mali, fretus tali
Certo Duce, formidabo.

IV.

M *enſam cibis* T*u parabis,*
D *eus, hoſtes meos pungens;*
P *ocla mero* T*u ſincero*
P *lena reddes, caput ungens.*

V.

O *mnes rite dies vitæ*
S *ic redundat* T*ua gratia;*
T *u concedes, ut ſint ædes*
M *eæ in cœlis palatia.*

DOMINICA SEXTA A TRINITATE.

In morte Ipſius baptizati ſumus.

I.

FOns Immanuelis venis
E fluit cruore plenis,
Quo ſe lavet jubet reus
Culpæ qualiſcunque Deus.

II.

Hoc currente exſultavit
Juxta fur qui exſpiravit;
Vilis æque, non deſpero,
Si me mergam ſalvus ero.

III.

Non ceßabit, Agne care,
Fons cruentus permanare,
Totus Grex dum fiat purus,
Totus iſtinc exiturus.

IV.

E *x quo* T*e percuſßum vidi,—*
V *elut conſpexere fidi,—*
N *il cano, dum ſpecto lucem,*
P *ræter* T*e, tuamque* C*rucem.*

V.

L *abem exuens humanam,*
P *lectro* T*e majore canam,*
O *s cum, prius vix vocale,*
G *elu premet ſepulcrale.*

VJ.

Q*ualiſcunque ſim, in cœlis*
D *abis ſic quodcunque velis ;*
H *oc conſperſa frons lucebit,*
D *extra barbiton tenebit.*

VIJ.

E *ja, mens—fides ſuperne*
A *ptæ jamjam ſunt æternæ ;*
N *il ut ſtrepat ante* T*hronum*
P *ræter* H*unc laudantis ſonum.*

DOMINICA SEPTIMA A TRINITATE.

Stipendia enim peccati Mors.

I.

O *Cæca mens mortalium,*
Quousque quæris vanitatem?
O blita ſpiritalium
Non cogitas æternitatem.
Quo tendis, ah! quo properas?
Cur finem haud conſideras?

II.

Honores, opes, prædia,
Et ſceptra tranſeunt momento;
Venuſtas formæ, media
Sunt ſæpe nobis nocumento;
Mundana quid ſunt omnia,
Quam fumus, umbra, ſomnia?

III.

Sic ergo cuncti vivite,
Vivatis ut æternitati;
Sic mori jam nunc discite,
Ne moriamini damnati:
Æternitas vos terreat,
Æternitas vos urgeat.

DOMINICA OCTAVA A TRINITATE.

Clamamus, Abba, Pater.

I.

Umme Pater, Sancte Deus,
Peccatorum ego reus
Mei precor miserere,
Ut digne queam deflere,
Quæ commisi nequiter:
Si vis, potes me mundare,
Sine Te non possum stare,
Sed nec ad Te datur ire,
Si non mihi subvenire
Digneris celeriter.

II.

Jesu Christe, Verbum Patris,
Qui carnem de carne matris
Homo factus induisti,
Atque propter nos obisti
Crucis in patibulo:

H*ujus, precor, memor mortis,*
M*ihi ſis adjutor fortis,*
A*c dono Tuæ virtutis*
A*uctor meæ ſis ſalutis*
I*n omni periculo.*

III.

U*triuſque* P*neuma Sacrum,*
P*ara mihi nunc lavacrum,*
P*eccatorum ſordes mundans*
A*tque meum cor fecundans*
S*piritali gratia:*
S*i me laves, mox mundabor,*
N*iſi ſanes, non curabor,*
S*i non donas, non orare*
Q*uidquam poſſum, nec laudare*
D*eum cum fiducia.*

IV.

T*u qui* T*rinus in* P*erſonis*
I*ndiviſus es in donis,*
D*eus* P*ater,* F*lamen,* N*ate,*
T*res* U*nus in deitate,*
U*nus in ſubſtantia;*

H *anc in mentem* Trinitatem,
R *egem nunc in unitatem*
F *idei, Spei, Amoris,*
M *e totum cœleſtis roris*
R *eplens abundantia.*

DOMINICA NONA A TRINITATE.

Baptizati ſunt in nube et in mari.

I.

QUantus clamor et concentus,
Quantus ardor eſt inventus,
Exeunte Iſrael.

II.

Gaudium non abſque fletu,
Spes ubique ſine metu,
Exeunte Iſrael.

III.

Tum ſophiſtæ confremebant,
Satrapæque corridebant,
Exeunte Iſrael.

IV.

N *os nil curabamus eos*
G *entium ſpernentes deos,*
E *xeunte Iſrael.*

V.

C *rux in corde, cor in cruce,*
S *ignum nobis Chriſto duce,*
E *xeunte Iſrael.*

VJ.

M *are videt conſtipantes,*
M *are fugit comprecantes,*
E *xeunte Iſrael.*

VIJ.

M *are Rubrum, latum mare,*
N *obis iter ſalutare,*
E *xeunte Iſrael.*

VIIJ.

P *etra lymphas diſtillabat,*
E *ſca cœlum irrorabat,*
E *xeunte Iſrael.*

IX.

P*etra Chriſti latus ſciſſum,*
E*ſca Chriſti corpus miſſum,*
E*xeunte Iſrael.*

X.

D*ie nubes, nocte lumen,*
V*elum cœlum, lumen* N*umen,*
E*xeunte Iſrael.*

XJ.

N*ubes æſtûs ab ærumna*
A*rx, ac lucis dux columna,*
E*xeunte Iſrael.*

XIJ.

F*inis vitæ urbs beata*
S*ancta Sion ſit collata,*
E*xeunte Iſrael.*

DOMINICA DECIMA POST TRINITATEM.

Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.

I.

SUper amnes Babylonis
Sedebamus lacrymantes,
Templi sancti et Sionis
Triste fatum complorantes;

II.

Exules in alienis
Ora fletu conspergentes,
Falicibus vicinis
Organa mox suspendentes.

III.

Nam amabilem concentum
Exquirebant vexatores,
Jubilemus ut recentum
Inter cladium dolores;

IV.

Et *clamabant*, " *Saturentur*
Aures ex hymnis Sionis!"
Quomodo gentes ditentur
Voce ſanctæ Cantionis?

V.

Si Sionis obliviſcar,
Artem, dextera, negato;
Templi ſi non reminiſcar,
Lingua hæreat palato.

VJ.

Memor eſto filiorum,
Deus, Edom, cum Sionem
Atrox virtus Chaldæorum
Vortit in oblivionem.

VIJ.

Qui dicebant, " *Devaſtate*
Solymarum ornamenta,
Et cum ſolo adæquate
Uſque ſubter fundamenta."

VIIJ.

Sit beatus, Babylonis
Filia miſere vexata,
In te die ultionis
Qui retribuet hæc fata.

IX.

Sit beatus qui infantes
Cum parentibus excidet,
Et ad lapides extantes
Parvulos tuos elidet.

DOMINICA UNDECIMA A TRINITATE.

Deus propitius eſto mihi peccatori.

I.



Ualis ſum, nec dicens quare,
Ni quod potes me ſervare,
Quem dignatus es vocare,
Agne, ad Te venio.

II.

Qualis ſum, nec morans, pulla
Labes ſi inſedit ulla,
Quo lavante fiet nulla,
Agne, ad Te venio.

III.

Qualis ſum, tot malis actus,
Militando, metu, fractus,
Dubitandi finem nactus,
Agne, ad Te venio.

IV.

Qualis ſum, inops, egenus,
Cæcus, ut ſim Tui plenus,
Gazas ſtruam cœlo tenus,
Agne, ad Te venio.

V.

Qualis ſum, non recuſabis,
Lues, ignoſces, amabis;
Cunctis credo, cuncta dabis:
Agne, ad Te venio.

VJ.

Qualis ſum,—ſed clauſtra fregit
Amor,—me in Te redegit,—
Qualis eſt Qui me ſubegit,
Agne, ad Te venio.

VIJ.

Qualis ſum, ſed infra quantum,
Sperans amaturum tantum,
Poſt finitum terræ cantum,
Agne, ad Te venio.

DOMINICA DUODECIMA A TRINITATE.

Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum.

I.

Suave tempus et ſerenum,
Benedictione plenum,
Quum ſub Cruce jaceo,
Qua Amicus peccatorum
Moribundus, vi dolorum
Suis eſt Salvatio.

II.

Illic nobis ſit ſedere,
Illic ſemper ſit videre
Quale flumen exeat;
Pretioſus Sanguis iſte,
Cor irrorans noſtrum triſte,
Dei pacem vindicat.

III.

O *quam vere benedicti,*
Q*ui acclines et afflicti*
N*os ad* C*rucem ſternimus!*
L*umen languens Salvatoris*
M*iri radiis amoris*
E *lucere cernimus.*

IV.

I *llud ſemper ſentiamus,*
A *d* T*e, Jeſu, fugiamus,*
O *mni in periculo*
T *uo vulnere ſanari*
E *t* T*e magis ſatiari*
I *ndies tribuito.*

V.

F *ac figantur, Jeſu bone,*
I *n* T*e contemplatione*
C *orda, ſenſus, oculi;*
U *ſque dum ſalute data*
G *loriaque revelata*
P *erfruantur animi.*

VJ.

A *doramus* T*e dolentem,*
T *e piamen facientem*
I*ſtis ex doloribus.*
O *Salvator,* T*e precamur,*
F *ac ut* T*uis impleamur*
P *lenius amoribus.*

DOMINICA DECIMA TERTIA A TRINITATE.

Sed concluſit Scriptura omnia ſub peccato, ut promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus.

I.

ATtolle *paullum lumina,*
P *eccator, atque diſce,*
Q *uantum malum ſint crimina,*
E *t tandem reſipiſce ;*
C *rucifixum aſpice,*
L *eges in hoc codice*
Q *uod proderit ſciviſſe.*

II.

C *aput triſtes aculei*
S *pinarum pupugerunt,*
M *anus pedeſque ferrei*
C *lavi perforaverunt ;*

Et *in membra cætera*
Fœde *nimis barbara*
Flagella *fœvierunt.*

III.

Cum *tantus dolor atterat*
Hæc *membra delicata,*
Magis *cor Ejus vulnerat*
Mens *hominum ingrata;*
O *dirum supplicium,*
Quo *Mariæ Filium*
Excruciant *peccata.*

IV.

Nemo *dolorem pertulit*
Isti *parem dolori,*
Quem *crucifixo intulit*
Judæus *Salvatori;*
Per *incredibilia*
Voluit *supplicia*
Pro *nobis Christus mori.*

v.

O *homo, nunc conſidera*
Quæ damna ſint peccati,
P*ro quo curando, vulnera*
Tot Chriſtus debet pati;
A*bſque hoc auxilio*
I*gne nos perpetuo*
Eſſemus concremati.

vj.

S*i pœnis inſons Filius*
Punitur tam ſeveris,
Quantis tu ſervus impius,
A Judice plecteris?
S*i ſic lignum viride*
A*rdet, rame aride!*
Qua flamma tu ureris?

vij.

O *fuge ergo crimina,*
Peccator, fuge mortem:

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

I *nferni fuge limina,*
E t *damnatorum ſortem ;*
A *ge* Chriſto *gratias,*
U t *æternæ facias*
T e *vitæ ſic conſortem.*

DOMINICA DECIMA QUARTA A TRINITATE.

Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt.

I.

Recordare ſanctæ crucis,
Qui perfectam viam ducis,
Delectare jugiter.
Sanctæ crucis recordare,
Et in ipſa meditare
Inſatiabiliter.

II.

Quum quieſcis aut laboras,
Quando rides, quando ploras,
Doles ſive gaudeas,
Quando vadis, quando venis,
In ſolatiis, in pœnis,
Crucem corde teneas.

III.

C*rux in omnibus preßuris*
E*t in gravibus et duris*
E*ſt totum remedium.*
C*rux in pœnis et tormentis*
E*ſt dulcedo piæ mentis*
E*t verum refugium.*

IV.

C*rux eſt porta* P*aradiſi,*
I*n qua ſancti ſunt confiſi,*
Q*ui vicerunt omnia.*
C*rux eſt mundi medicina,*
P*er quam bonitas divina*
F*acit mirabilia.*

V.

C*rux eſt ſalus animarum,*
V*erum lumen et præclarum,*
E*t dulcedo cordium.*
C*rux eſt vita beatorum,*
E*t theſaurus perfectorum,*
E*t decor et gaudium.*

VJ.

C *rux eſt ſpeculum virtutis,*
G *lorioſæ dux ſalutis,*
C *uncta ſpes fidelium.*
C *rux eſt decus ſalvandorum,*
E *t ſolatium eorum*
A *tque deſiderium.*

VIJ.

C *rux eſt arbor decorata,*
C *briſti ſanguine ſacrata,*
C *unctis plena fructibus;*
Q *uibus animæ eruuntur,*
C *um ſupernis nutriuntur*
C *ibis in cœleſtibus.*

VIIJ.

S *pecialem ſer amorem*
E *t præcipuum honorem*
C *ruci ſalutiferæ.*
C *um fervore medullarum,*
N *ixu virium tuarum*
V *elis hanc diligere.*

IX.

D*iligenter pone mentem*
S*uper Chriſtum patientem,*
E*t Ei condoleas.*
C*hriſti mortem, Chriſtiane,*
P*lange ſero atque mane,*
E*t in planctu gaudeas.*

X.

Q*uam deſpectus, quam dejectus*
R*ex cœlorum eſt effectus,*
U*t ſalvaret ſeculum!*
E*ſurivit et ſitivit,*
P*auper et egenus ivit*
U*ſque ad patibulum.*

XJ.

Q*uum deductus eſt immenſus,*
E*t in cruce tunc ſuſpenſus,*
F*ugerunt diſcipuli.*
M*anus, pedes, perfoderunt,*
E*t aceto potaverunt*
S*ummum Regem ſeculi.*

XIJ.

C *ujus oculi beati*
S *unt in cruce obſcurati,*
E *t vultus expalluit.*
S *uo corpori tunc nudo*
N *on remanſit pulchritudo,*
D *ecor omnis aufugit.*

XIIJ.

P *ropter hominum peccata*
S *ua caro cruciata*
F *uit inter verbera.*
M *embra Sua ſunt diſtenta*
P *ropter aſpera tormenta*
E *t illata vulnera.*

XIV.

I *nter magnos cruciatus*
E *ſt in cruce lacrymatus*
E *t emiſit ſpiritum.*
S *uſpiremus et fleamus,*
T *oto corde doleamus*
S *uper Unigenitum.*

XV.

C *rucifixe, fac me fortem,*
U *t libenter* T*uam mortem*
P *langam, donec vixero.*
T *ecum volo vulnerari,*
T *e libenter amplexari*
I *n cruce desidero.*

DOMINICA DECIMA QUINTA A TRINITATE.

Mibi autem abſit gloriari niſi in Cruce.

I.

Audes canamus mortui
In cruce Salvatoris;—
Sis improbis deriſui,
Spes ſola peccatoris!
Nos ſæclum temnimus, Tui
Participes amoris.

II.

"Deus eſt Charitas," gerens
Inſcriptum cruci ſignum,
Piavit Chriſtus immerens
Peccata ſuper Lignum,
Vitæque munera ferens,
Recludit cor benignum.

III.

C *rux culpæ eſt piaculum,*
E *t mentis reparator;*
C *rux diſſipat crepuſculum;*
E *ſt novæ ſpei dator;*
A *marum omne poculum*
C *rux mitigat dulcator.*

IV.

C *rux pavens pectus roborat;*
D *at nervos impotenti;*
T *ironem Chriſti pignorat,*
E *t tandem morienti*
T *errorem tollens, decorat*
L *ectum luce ſplendenti.*

V.

C *rux vitæ eſt ſolatium;*
D *olori crux medetur;*
A *moris eſt indicium,*
C *rux ſontes hic tuetur;*
C *horo crucis præconium*
A *ngelico præbetur.*

VJ.

R *edemptus orbis laudibus*
E *jus ferat honorem*
Q *ui emptum cruciatibus*
D *at nobis hunc favorem,*
U *t aulis in cœleſtibus*
C *antemus Salvatorem.*

DOMINICA DECIMA SEXTA A TRINITATE.

In Caritate radicati et fundati.

I.

Cor meum Tibi dedo,
Jesu dulcissime!
En cor pro corde cedo,
Jesu suavissime!
Tu corda sola expetis;
Tu sola corda diligis;
Ah amem Te, ut amas me,
Jesu suavissime!

II.

Quid reddam caritati,
Quod Deus natus es?
Quid dabo pietati,
Quod Homo factus es?

C*or, inquis, præbe, fili mi;*
E*n cedo cor, O Jesu mi!*
A*b amem Te, ut amas me,*
J*esu suavissime!*

III.

C*or Tuum est apertum,*
U*t intrem libere,*
U*t cordi cor insertum*
C*ondatur intime.*
A*b Jesu mi! amoris vi*
D*edisti Te, ut darem me;*
A*b amem Te, ut amas me,*
J*esu suavissime.*

IV.

H*ic cordis firmamentum,*
H*ic tuta quies est,*
A*moris fulcimentum,*
H*ic certa salus est,*

In petræ hoc foramine,
In cordis hac macerie;
Hic muniar, hic uniar,
Jesu carissime!

DOMINICA DECIMA SEPTIMA A TRINITATE.

Qui eſt ſuper omnia, et per omnia, et in omnibus nobis.

I.

GLorioſi Salvatoris
N ominis præconia,
Quæ in corde Genitoris
L atent ante ſæcula,
M ater cœli plena roris
P andit nunc Eccleſia.

II.

N omen dulce, Nomen gratum,
N omen ineffabile,
D ulcis Jeſus appellatum,
N omen delectabile,
L axat pœnas et reatum,
N omen eſt amabile.

III.

H*oc eſt* N*omen adorandum,*
N *omen ſummæ gloriæ,*
N *omen ſemper meditandum*
I *n valle miſeriæ,*
N *omen digne venerandum*
S*upernorum curiæ.*

IV.

N *omen iſtud prædicatum*
M *elos eſt auditui;*
N *omen iſtud invocatum*
D *ulce mel eſt guſtui;*
J *ubilus eſt cogitatum*
S*piritali viſui.*

V.

H*oc eſt* N*omen exaltatum*
J *ure ſuper omnia;*
N *omen mire formidatum,*
E*ffugans dæmonia;*
A *d Salutem nobis datum*
D *ivina clementia.*

VJ.

Nomen ergo tam beatum
Veneremur cernui;
Sit in corde ſic formatum
Quod non poßit erui;
Ut in cœlis poteſtatum
Copulemur cœtui.

DOMINICA DECIMA OCTAVA A TRINITATE.

In die adventus Domini.

I.

GRavi me terrore pulſas, vitæ dies ultima;
GM æret cor, ſolvuntur renes, læſa tremunt viſcera,
Tuam ſpeciem dum ſibi mens depingit anxia.

II.

Quis enim pavendum illud explicet ſpectaculum,
Quum dimenſo vitæ curſu carnis ægra nexibus
Anima luctatur ſolvi, propinquans ad exitum?

III.

Perit ſenſus, lingua riget, reſolvuntur oculi,
Pectus palpitat, anhelat raucum guttur hominis,
Stupent membra, pallent ora, decor abit corporis.

IV.

P*ræſto ſunt et cogitatus, verba, curſus, opera,*
E*t præ oculis nolentis glomerantur omnia:*
I*lluc tendat, huc ſe vertat, coram videt poſita.*

V.

T*orquet ipſa reum ſuum mordax conſcientia,*
P*lorat, acta corrigenda defluxiſſe tempora,*
P*lena luctu caret fructu ſera pœnitentia.*

VJ.

F*alſa tunc dulcedo carnis in amarum vertitur,*
Q*uando brevem voluptatem perpes pœna ſequitur;*
J*am quod magnum credebatur nil fuiſſe cernitur.*

VIJ.

A*tque mens in ſummæ lucis gloriam extollitur,*
A*ſpernatur lutum carnis quo merſa provolvitur,*
E*t ut carcerati nexu lætabunda ſolvitur.*

VIIJ.

Q*uæſo,* C*hriſte,* R*ex invicte,* T*u ſuccurre miſero,*
S*ub extrema mortis hora quum juſſus abiero,*
N*ullum in me jus tyranno præbeatur impio.*

IX.

C *adat* P*rinceps tenebrarum, cadat pars tartarea;*
P *aſtor ovem jam redemptam tunc reduc ad patriam,*
U *bi* T*e videndi cauſa perfruar in ſæcula.*

DOMINICA DECIMA NONA A TRINITATE.

Sicut et Deus in Chriſto donavit vobis.

I.

DIgnare me, O Jeſu, rogo Te,
In cordis vulnere abſcondere,
Permitte me hic vivere,
In Tuo latere quieſcere.

II.

Si præparet dæmon inſidias,
Et mundus offerat divitias,
In Tuo corde tutus ſum,
In Tuo latere ſecurus ſum.

III.

Fallacior ſi caro lubricis
Mentem exagitet blanditiis,
Nil metuo, hic tutus ſum,
Eſt meum latus hoc refugium.

IV.

Si oculos claudat fatalis sors,
Et vitam terminet feralis mors,
O Jesu, ne dimitte me,
Da Tuo moriar in latere.

DOMINICA VIGESIMA A TRINITATE.

Cantantes et pſallentes in cordibus veſtris Domino.

I.

EXſultet cor præcordiis
Sonante Jeſu Nomine;
Præcellit in deliciis
Omni plenum dulcedine;

II.

Jeſus confortans miſeros,
Jeſus Qui ſanat ſcelera,
Jeſus deterrens inferos,
Jeſus fugans mortifera.

III.

Nomen excelſum reſonet
Jeſus in ore omnium,
Et cor cum voce conſonet,
Ut ſanet omne vitium.

IV.

Jesu, Salus peccantium,
A desto nostris precibus,
Sis Director errantium,
Et parce nostris actibus.

V.

Tibi, Christe, sit gloria,
Fulgens hoc sacro Nomine,
Honor Tuus sit latria,
Jesu, benigne Domine!

DOMINICA VIGESIMA PRIMA A TRINITATE.

Myſterium Evangelii.

I.

IEſu mi dulciſſime, Domine cœlorum,
Conditor omnipotens, Rex univerſorum,
Quis jam actus ſufficit mirari geſtorum,
Quæ Te ferre compulit ſalus miſerorum?

II.

Te de cœlis caritas traxit animarum,
Pro quibus palatium deſerens præclarum,
Miſeram ingrediens vallem lacrymarum,
Opus durum ſuſcipis et iter amarum.

III.

O mira dignatio pii Salvatoris!
O vere mirifica pietas amoris!
Expers culpæ noſceris, Jeſu, flos decoris,
Ego Tui, prob dolor! cauſa ſum doloris.

IV.

T*ua docet paſſio, Chriſte, doloroſa*
C*reatori vitia quam ſint odioſa,*
I*nferni ſupplicia quam ſint lacrymoſa,*
A*tque cœli gaudia quam ſint gaudioſa.*

V.

J*eſu, cordis gaudium, et dulcedo mentis,*
A*nimæ ſolatium in* T*e confidentis,*
T*e benigne deprecor precibus attentis,*
M*ei memor ſingulis cuſtos ſis momentis.*

DOMINICA VIGESIMA SECUNDA A TRINITATE.

Omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me.

O *Domine Deus, ſperavi in Te:*
O *O care mi Jeſu, nunc libera me!*
In dura catena,
In miſera pœna,
Deſidero Te.
Languendo,
Dolendo,
Et genuflectendo,
Adoro,
Imploro,
Ut liberes me!

DOMINICA VIGESIMA TERTIA A TRINITATE.

Noſtra autem converſatio in Cœlis eſt.

I.

QUT *jucundas cervus undas*
Æſtuans deſiderat,
Sic ad rivum Dei *vivum*
Mens fidelis properat.

II.

Sicut rivi fontis vivi
Præbent refrigerium,
Ita menti ſitienti
Deus eſt remedium.

III.

Quantis bonis ſuperponis
Sanctos Tuos, Domine
Eſe lædit, qui recedit
Ab æterno lumine.

IV.

V *itam lætam et quietem,*
Q*ui* T*e quærit, reperit;*
N *am laborem et dolorem*
M *etit qui* T*e deſerit.*

V.

P *acem donas, et coronas,*
H *is qui* T*ibi militant;*
C *uncta læta ſine meta*
H *is qui* T*ecum habitant.*

DOMINICA VIGESIMA QUARTA A TRINITATE.

Qui dignos nos fecit, in partem ſortis Sanctorum in lumine.

I.

Angelorum ſi haberem
Linguas necnon hominum,
Te laudare non valerem,
Summe Pater luminum,
Quantum merito deberem,
A quo datum optimum.

II.

Ad Te namque me creaſti
Potenter ex nihilo,
Secundum Te me formaſti
Profundo conſilio,
Angeloque coæquaſti
Mentis privilegio.

III.

M*e peccantem toleraſti*
S*atis longanimiter,*
D*eviantem revocaſti*
C*ompungens ſalubriter,*
M*eque culpantem quitaſti*
D*e culpa totaliter.*

IV.

T*u me valde vulneratum*
L*avans ſanas undique;*
L*otum ungis et ſanatum,*
O *leo lætitiæ.*
S*pe poſt vulnus ſublevatum*
M*iro luſtras lumine.*

V.

N*unc in bono me firmando*
P*ericulis ſubtrahis;*
N*unc mihi cooperando*
N*ova dona tribuis;*
H*æc tollendo ſeu donando*
L*ucrum meum appetis.*

VJ.

Tu mihi das affluenter
Opportuna victui,
Tuque largiris clementer
Congrua veſtitui,
Mei curam gerens ſemper
Ut oculi proprii.

VIJ.

Eſt et juſtum gloriari
Quod dignus ſim habitus
Hic propter Te tribulari
Intus et exterius.
Nam in hoc ſolet probari
Prædilectus filius.

VIIJ.

Omnis Tua creatura
Multum mihi proficit,
Nam tam uſu quam factura
Primum fontem repetit;
Sic Natura, ſic Scriptura
Semper in Te refluit.

IX.

S*ed* T*u mihi profuiſti*
P *lus cunctа quam entia ;*
P *ro me carnem induiſti*
C *um mira clementia,*
M *eque totum redemiſti*
P *atris ſapientia.*

X.

O *paternæ bonitatis*
I *nexhauſta pietas,*
I *n* F*ilio patet ſatis*
A *d me* T*ua* C*aritas,*
L *audis,* L*ucis,* M*ajeſtatis*
T *ibi binc Æternitas.*

DOMINICA VIGESIMA QUINTA A TRINITATE.

Cum gratias egiſſet, diſtribuit.

I.

PA*ſce nos, Divinę Panis,*
R *obur da quotidianis*
N *obis in laboribus ;*
C *ibus ſemper ſit noſtrarum*
C *aro Ejus animarum*
D *ata pro peccantibus.*

II.

V *era Vitis, Sanguis Tuus*
A *ffert Calicem effuſus*
S *alutaris hoſtiæ :*
C *rucem, Jeſu, contemplamur ;*
T *uæ Stirpi inſeramur,*
S *alvator Eccleſiæ.*

FESTUM S. ANDREÆ.

Faciam vos fieri piſcatores hominum.

I.

Huic adeſte, Galilæi,
Hæc proles Zebedæi,
Chananenſis Bartholomæi
Sine labe pectora!
Vosque bini qui adeſtis,
Nominari nec poteſtis,
Triumphanti non deeſtis
Qua reſcripſit nomina.

II.

Hic eſt Ille contrectatus;
Vis perfoſſum tangi latus,
Thoma dubitans? Levatus
Pauca dat viventibus;

N*eſcit auris auſcultare,*
V*iſus nequit commonſtrare*
Q*uos theſauros apparare*
P*ergit appetentibus.*

III.

P*roditum vides tuentem—*
C*eſsas, Petre?* V*idit flentem,*
N*on videbis arguentem*
T*er negata fœdera:*
P*otes pontum ambulare,*
F*luctum planta proculcare,*
N*on vales ad Illum nare*
P*er tantilla brevia?*

IV.

" I*ſte quid?" cur interpellas?*
A*gnas tibi dat novellas;*
P*aſce, perduc extra ſtellas*
A*d quieta flumina:*

Huic audire ſatis bonum,
Qualem tubæ ſpargant ſonum,
Prorerum quid ante Thronum
Colloquantur agmina.

v.

Quotos piſces hodiernos
Soles tollis ad ſupernos?
Pentecoſtes mille ternos
Congregabunt retia;
Si concurſus olim tantus,
Cœtus incluſorum quantus,
Qualis concinentum cantus
Poſt finita Sabbata!

FESTUM S. THOMÆ.

Ipſo ſummo angulari lapide C*hriſto* J*eſu.*

I.

REx Salomon *fecit templum,*
C *ujus inſtar et exemplum*
C *hriſtus et eccleſia:*
H *ujus eſt hic imperator*
F *undamentum et fundator,*
M *ediante gratia.*

II.

Q *uadra templi fundamenta,*
M *armora ſunt inſtrumenta*
P *arietum paria.*
C *andens flos eſt caſtitatis,*
L *apis quadrus in prælatis*
V *irtus et conſtantia.*

III.

L*ongitudo, latitudo,*
T*emplique ſublimitas*
I*ntellecta fide recta*
S*unt* Fides, Spes, C*haritas.*

IV.

S*ed tres partes ſunt in templo*
T*rinitatis ſub exemplo,*
I*ma, ſumma, media:*
P*rima ſignat vivos cunctos,*
E*t ſecunda jam defunctos,*
R*edivivos tertia.*

V.

S*exagenos quoque per ſe*
S*ed et partes univerſæ*
H*abent lati cubitos.*
H*arum trium tres conventus*
T*rinitati dant concentus*
U*nitati deditos.*

VJ.

T*empli cultus extat multus ;*
C*innamomus odor domus,*
M*yrrha, ſtacte, caſia :*
Q*uæ bonorum decus morum,*
A*tque bonos precum ſonos*
S*unt ſignificantia.*

VIJ.

I*n hac caſa cuncta vaſa*
S*unt ex auro de theſauro*
P*rælecto penitus :*
N*am magiſtros et miniſtros*
D*ecet doctos et excoctos*
I*gne Sancti Spiritus.*

VIIJ.

S*ic ex bonis Salomonis*
Q*uæ Rex David præparavit*
F*iunt ædificia.*
N*am in lignis res inſignis*
V*ivit Tyri, cujus viri*
T*ractant artificia.*

IX.

N am ex gente Judæiſque
S icut templum ex utriſque
C onditur eccleſia.
C briſte, qui hanc et bos unis,
L apis huic et bis communis,
T ibi laus et gloria.

CONVERSIO S. PAULI.

Vas electionis est Mihi *iste.*

I.

PAulus Syon *architectus*
PEst *a Christo prælectus*
Et *magister gentium,*
V*as insigne signo crucis,*
V*as electum veræ lucis*
P*ræsignans mysterium.*

II.

S*aulus cadit consternatus,*
P*aulus surgit illustratus,*
U*t mundum illuminet,*
P*estes pellat, plantet mores,*
F*idem servet et errores*
G*entium eliminet.*

III.

A *bſit mihi gloriari*,
I *nquit, niſi ſingulari*
C *rucis privilegio.*
S *e pro Chriſto cuncta ferre*
P *rofitetur, et offerre*
S *e truci martyrio.*

IV.

I *ſte vas electionis*
V *ires omnes rationis*
H *umanæ tranſgreditur,*
S *uper choros angelorum*
R *aptus cœli ſecretorum*
D *octrinis imbuitur.*

V.

D *e hoc vaſe tam fecundo,*
T *am electo et tam mundo*
T *u nos, Chriſte, complue ;*
N *os de luto, nos de fœce*
T *ua ſancta purga prece,*
R *egno Tuo ſtatue.*

PURIFICATIO MARIÆ VIRGINIS.

Nunc dimittis ſervum Tuum, Domine.

I.

DOmine, *jam patiaris*
S*ervum, quem Tuum vocaris,*
I*n pace diſcedere.*

II.

C*um Tuæ jubar ſalutis*
V*iderim, ut inſtitutis*
D*ocuiſti credere:*

III.

J*ubar, quod paraſti coram*
O*culis tu populorum*
S*æculis in omnibus:*

IV.

J*ubar, quod illuminaret*
G*entes, gloriamque daret*
I*ſrael nepotibus.*

FESTUM S. MATTHIÆ.

Venite ad Me, omnes qui laboratis et onerati estis.

I.

O *Amator animarum*
J *esu Christe perditarum,*
P *ontus dum exagitatur,*
D *um procella minitatur,*
N *obis da profugium.*

II.

I *n* Te, *mundi Salutare,*
N *e me vetes latitare,*
D *onec fluctibus sopitis*
A *c erroribus oblitis*
I *n portum deveniam.*

III.

T *u ni protegas inermis*
C *lamo precibus diurnis,*
A *nimam ne delabentem*
D *eferas de* T*e pendentem,*
S *pes fis et folatium.*

IV.

T *u fiduciam trementi*
O *pem das* T*u metuenti,*
S *uper caput indefenfum*
T *uæ proferas extenfum*
P *ennæ propugnaculum.*

V.

I *nopi* T*u minifrare,*
P *auperem locupletare,*
C *affis, feffis adjuvare,*
C *æcos, debiles fanare,*
P *ie Jefu, fufficis.*

VJ.

N *omen* T*uum adorandum!*
M *ibi vœ! quid eſt ſperandum!*
T *u es veritatis plenus,*
V *ilis ego ſum, egenus,*
E *t peccati pelagus.*

VIJ.

G *ratiam babes infinitam,*
V *eniam donas nec invitam,*
F *ac mî, ſerva, corda pura,*
M *e abunde mundatura*
E *ffundantur flumina.*

VIIJ.

A *quam vitæ exporrectam*
H *auream de* T*e indefectam:*
M *eis perennis intimis*
E *bulliens præcordiis*
F *ons ſis immortaliter!*

ANNUNCIATIO BEATÆ VIRGINIS.

Filius Altiſſimi vocabitur.

I.

DE Sion exivit tenor legis
E t de Jeruſalem verbum Dei,
S ic ait ſymmyſta ſummi Regis,
D eſperatis Inſpirator ſpei.

M *iſit legem ſpecula ſuperna,*
V *erbum pacis viſio æterna,*
V *erbum, Quod fudit mater intacta,*
V *erbum, per Quod ſæcula ſunt facta.*

IJ.

H *oc Verbum in utero puellæ*
F *actum caro cœlos inclinavit,*
H *oc ab impetu maris procellæ*
S *uper cœlos terram exaltavit,*
H *ebetavit ſceleris ſpinetum,*
D *e ſpineto faciens vinetum.*
E *rgo nos terrigenæ lætemur,*
H *ominique Deo famulemur.*

IIJ.

T *orcular calcavit Ipſe ſolus,*
R *ubrum Sibi vindicans amictum :*
I *n Cujus ore non fuit dolus,*
N *oſtrum luit innocens delictum.*

Quid pro datis igitur reddemus?
Calicem quem bibit, hunc bibemus,
Saltem paſſi ſpiritus mucronem,
Ejus imitemur paſſionem.

IV.

Extra portum paßum imitati
Ejus inproperium feramus,
Ut in carne ſpiritu necati
Pariter cum Ipſo reſurgamus;
Qui poſtquam deſcendit ad inferna,
Morſu mordens de mortis caverna
Voce prima eſt reſuſcitatus,
Jam apparuit ingratis gratus.

FESTUM S. MARCI.

Mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis.

I.



Doretur Ille Deus
Quem Johannes, quem Matthæus,
Marcus, Lucas, prædicant:
Quorum formas aquilina,
Homo, bos, et leonina
Per figuras indicant.

II.

Actus, dicta, ſigna Chriſti
Vitam, mortem, ſcribunt iſti
Speciali gratia;
Aquila de numine,
Et homo de homine
Tractant Evangelia.

III.

T*aurus notat paſſionem;*
L*eo reſurrectionem;*
H*æc ſunt ſpecialia:*
I*dem fons: ſed rivuli*
D*iverſi: dum ſinguli*
Q*uædam notant propria.*

IV.

D*um cœlorum ſonat cœlis,*
Q*uatuor Ezechielis*
C*antant animalia:*
D*ulcis ſonus, dulcis notæ,*
V*olat rota mixtæ rotæ,*
F*idei myſteria.*

V.

A*ſtant iſti circa Thronum*
H*aurientes verbum bonum*
V*erbi ſapientia:*
Q*uorum Verbum nos conducat*
A*d ſalutem; et perducat*
A*d æterna gaudia.*

FESTUM SS. PHILIPPI ET JACOBI.

In domo Patris Mei manſiones multæ ſunt.

I.

IN *domo Patris*
Summæ majeſtatis
Ecce ſunt pulchræ
Manſiones multæ,
Quæ ſunt certantum
Pro virtute tantum
Ac triumphantum.

II.

En, Adam vetus
Quam felix, quam lætus
Mi ibi applaudit,
Cum videt et audit
Genus humanum
Per ipſum damnatum
Per Me ſalvatum.

III.

S *ed patriarchæ*
T *ripudiant laude,*
S *ibi promißum*
C *ernentes impletum,*
P *er* Me *credentes*
B *enedictæ gentes*
S *unt et viventes.*

IV.

M *ibi prophetæ*
C *itharizant lætę,*
Q *uod meruere*
M *e clare videre,*
Q *uem prædixerunt*
M *undo, dum vixerunt,*
N *ec fefellerunt.*

V.

S *unt quam præclari*
A *poſtoli cari*
M *ecum ſedentes,*
M *ecum decernentes,*

Q*ui ſe ſpernebant,*
C *unćta relinquebant,*
M *ibi bærebant.*

VJ.

S *ervus ac liber,*
L *ocuples ac pauper,*
N *emo exceptus,*
C *ujuſvis ſit ſexus,*
Q *uilibet ſatis*
H *abet claritatis*
I *n regno pacis.*

VIJ.

E *n Mecum omnes*
C *ælici vivunt cives,*
Q *uam mire gaudent*
P *leniter quod habent,*
Q *uod optavere*
U *mquam obtinere,*
Q *uando vixere.*

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

VIIJ.

C *auſa cunctorum*
F *ontalis bonorum,*
T *rinitas Sancta !*
P *ræmiorum Summa,*
T *u ſuper digna*
L *aude quam immenſa*
S *emper et ultra !*

IX.

D *a, quod beati*
S *anctis adunati*
N *os et ferventer*
J *ugiter ac ſemper*
T *e adoremus,*
T *e glorificemus,*
T *eque laudemus !*

FESTUM S. BARNABÆ.

Majorem hac dilectionem nemo habet.

I.

Andem audite me,
S ionis filiæ !
Æ gram reſpicite,
D ilecto dicite :
A more vulneror,
A more funeror.

II.

F ulcite floribus
F eßam languoribus ;
S tipate citreis
E t malis aureis ;
N imis edacibus
L iqueſco facibus.

III.

H *uc odoriferos,*
H *uc ſoporiferos*
R *amos depromite,*
R *ogos componite ;*
U *t phœnix moriar !*
I *n flammis oriar !*

IV.

A *n amor dolor ſit,*
A *n dolor amor ſit,*
U *trumque neſcio ;*
H *oc unum ſentio,*
J *ucundus dolor eſt,*
S *i dolor amor eſt.*

V.

Q *uid, amor, crucias ?*
A *ufer inducias,*
L *entus tyrannus es ;*
M *omentum annus eſt ;*
T *am tarda funera*
T *ua ſunt vulnera.*

VJ.

J *am vitæ ſtamina*
R *umpe,* O *anima!*
I *gnis aſcendere*
G *eſtit, et tendere*
A *d cœli atria;*
H *æc mea patria!*

S. *Johannes Baptiſta.*

FESTUM S. JOHANNIS BAPTISTÆ.

Vox clamantis in deserto.

I.

IN *occursum Præcursoris,*
Concurrenti cordis, oris,
Curramus obsequio,
In lucerna Lux laudetur,
In Præcone veneretur
Judex, Sol in radio.

II.

Solem solet repentinum
Vel quid grande vel divinum
Vulgus ægre capere:
Quare nobis hebetatis
Sol supernæ veritatis
Præluxit in sidere.

III.

H *ic* Præcursor *et* Propheta *;*
I *mmo* Prophetarum meta,
L *egi ponens terminum :*
M *ire cœpit per applauſum,*
V *entre matris clauſus clauſum*
R *evelando* Dominum.

IV.

M *ira pueritia,*
M *ira* Dei *gratia,*
M *ira verbis novitas,*
C *lamat :—*Baptizemini,
I *n occurſum* Domini
D *irigatis ſemitas.*

FESTUM S. PETRI.

Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.

I.

Supernæ matris gaudia
Repræſentat eccleſia,
Dum feſta colit annua,
Suſpirat et perpetua.

II.

In hac valle miſeriæ
Mater ſuccurrat filiæ;
Hinc cœleſtes excubiæ
Nobiſcum ſtent in acie.

III.

Mundus, Caro, Demonia
Diverſa movent prælia,
Incurſu tot phantaſmatum
Turbatur cordis ſabbatum.

IV.

Confusa sunt hic omnia :
Spes, metus, mœror, gaudium ;
Vix hora vel dimidia
Fit in cœlo silentium.

V.

Quam felix illa civitas,
In qua jugis sollemnitas,
Et quam jocunda curia
Quæ curæ prorsus nescia.

VJ.

Nec languor hic, nec senium,
Nec fraus, nec terror hostium,
Sed una vox lætantium
Et unus ardor cordium.

VIJ.

Illic cives angelici
Sub hierarchia triplici
Trinæ gaudent et simplici
Se monarchiæ subjici.

VIIJ.

M *irantur nec deficiunt*
I *n illum, quem proſpiciunt,*
F *ruuntur nec faſtidiunt,*
Q *uo frui magis ſitiunt.*

IX.

H *i ſancti, quorum hodie*
R *ecenſentur ſollemnia,*
J *am revelata facie*
R *egem cernunt in gloria.*

FESTUM S. JACOBI.

Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare et dare animam ſuam redemptionem pro multis.

I.

O Amor quam exſtaticus!
Quam effluens, quam nimius!
Qui Deum Dei Filium
Unum fecit mortalium!

II.

Non inviſit nos angelo,
Seu ſupremo ſeu infimo;
Carnis aſſumens pallium,
Venit ad nos per Se Ipſum.

III.

Non ſolum Se oſtendere
Voluit, ſed convivere,
Deus-Homo hominibus
Hic annis triginta tribus.

IV.

N *obis baptiſma ſuſcipit,*
N *obis jejunans eſurit,*
N *obis et Satan* Hunc *tentat,*
N *obis tentantem ſuperat.*

V.

N *obis orat et prædicat,*
P *ro nobis cuncta factitat,*
V *erbis, ſignis et actibus*
N *os quærens, non* Se, *penitus.*

VJ.

P *ro nobis comprehenditur,*
F *lagellatur, conſpuitur,*
C *rucis perfert patibulum,*
P *ro nobis tradit* Spiritum.

VIJ.

N *obis ſurgit a mortuis,*
N *obis* Se *transfert ſuperis,*
N *obis* Suum *dat* Spiritum
I *n robur, in ſolatium.*

FESTUM S. BARTHOLOMÆI.

Per manus Apoſtolorum fiebant ſigna et prodigia multa in plebe.

I.

STola regni laureatus,
Summi Regis eſt ſenatus
Cœtus apoſtolicus;
Cui pſallant mens et ora;
Mentis mundæ vox ſonora
Hymnus eſt angelicus.

II.

Hic eſt ordo, mundi decus,
Omnis carnis judex æquus,
Novæ petra gratiæ;
Ab æterno prælectus,
Cujus floret architectus
Ad culmen Eccleſiæ.

III.

Hi *præclari* Nazaræi
Bella *crucis et tropæi*
Mundo *narrant gloriam ;*
Sic *diſpenſant verbum* Dei
Quod *nox nocti, lux diei*
Indicant *ſcientiam.*

IV.

Paranymphi *novæ legis*
Ad *amplexum novi* Regis
Sponſam *ducunt regiam,*
Sine *ruga, ſine nævo,*
Permanſuram *omni ævo*
Virginem *Eccleſiam.*

V.

Hæc *eſt virgo gignens fœtus,*
Semper *nova, tamen vetus,*
Sed *defectus neſcia ;*
Cujus *thorus mens ſincera,*
Cujus *partus fides vera,*
Cujus *dos eſt gratia.*

VJ.

H*i ſunt templi fundamentum,*
V*ivus lapis et cœmentum*
L*igans ædificium.*
H*i ſunt portæ civitatis,*
H*i compago unitatis*
I*ſrael et gentium.*

VIJ.

H*i triturant aream*
V*entilantes paleam*
V*entilabri juſtitia;*
Q*uos deſignant ærei*
B*oves maris vitrei*
S*alomonis induſtria.*

VIIJ.

P*atriarchæ duodeni,*
F*ontes aquæ guſtu leni,*
P*anes tabernaculi,*
G*emmæ veſtis ſacerdotis;*
H*æc figuris ſignant notis*
N*ovi duces populi.*

IX.

H *orum nutu cedat error,*
C *reſcat fides, abſit terror*
F *inalis ſententiæ,*
U t *ſoluti a delictis,*
S *ociemur benedictis*
A *d tribunal gloriæ.*

FESTUM S. MATTHÆI.

Ipſe illuxit in cordibus noſtris.

I.

O *Sol cordis, Jeſu care,*
O *N on eſt nox ſi* T *u monſtrare*
T *ua velis lumina :*
O *ne ſurgant quæ ſervorum*
V *iſu celent* T *e Tuorum*
T *erra-nata nubila.*

II.

S *omni cum benigni rores*
M *ibi recreant languores*
O *culorum ſuaviter,*
M *ibi tum ſit recordari*
C *hriſti quid ſit recreari*
G *remio perenniter.*

III.

Mecum ſis ab ortu ſolis
Ad occaſum ; nam ſi nolis,
Vivere tum nequeo :
Mecum ſis cum nox propinquat ;
Nam ſi Tua lux me linquat,
Mori jam perhorreo.

IV.

Lucis Rex et tenebrarum,
Inter iras procellarum
Arcam Tuam ſoſpites ;
Nam ſub hyemis adortu
Ecce ſumus nos in portu
Navem ſi Tu dirigis.

S. *Michael.*

FESTUM S. MICHAELIS ET OMNIUM ANGELORUM.

Angeli eorum in Cœlis.

I.

C *um me tenent fallacia*
M *undi fugacis gaudia,*
C *ælo vigil mihi datus*
F *let atque plorat Angelus.*

II.

S *ed quando lacrimis mea*
D *eploro triſtis crimina,*
L *ætatur Angelus Dei,*
Q *ui tangitur cura mei.*

III.

P *roinde abeſte, gaudia*
M *undi fugacis omnia ;*
A *deſte lacrimæ, mea*
P *lorem quibus tot crimina :*

IV.

Ne, lætus in malo, Angelis
Sim cauſa fletus cœlicis,
Sed his, nefas lugens meum,
Creem perenne gaudium.

FESTUM S. LUCÆ.

Repoſita eſt mibi corona juſtitiæ.

I.

O *Sacra potio, ſacra refectio, viſio pacis,*
M entis et unctio, nullaque mentio ventris
edacis.

II.

J eſus erit pius, et decor Illius, eſca beatis,
P aſcua mentibus, hanc ſitientibus, hac ſatiatis.

III.

E t ſitiens eris, et ſatiaberis, hac dape vitæ,
I n neütro labor, una quies, amor unus utrique.

IV.

C ivibus ætheris aſsociaberis advena, civis;
H ic tuba, pax ibi, vita manens tibi, qui bene vivis.

v.

Scissa ruentibus, integra stantibus integritate,
Inde cremabitur, hinc solidabitur, O *Deus, a* Te.

vj.

Gens nova, grex novus, et numerus bonus ille bonorum,
Jerusalem petet, hic dat, ibi metet ordo piorum.

vij.

Grex erit inclitus, hoc Patre præditus, hoc Duce nixus,
Qui tulit omnia sanguine noxia, Rex *crucifixus.*

viij.

Grex sacer ordine, splendidus agmine, lumine plenus,
Vivet eo Duce Qui tulit in cruce Rex *Nazarenus.*

ix.

Pastus odoribus interioribus atque superno
Nectare, dulcia pertrahet otia perpete verno.

x.

P*er ſacra lilia, perque virentia germina florum,*
E*xpatiabitur, ac modulabitur ordo piorum:*

xj.

P*ectora plauſibus atque canoribus ora parabit,*
D*um ſua crimina, lapſaque priſtina ſtans memorabit.*

xij.

Q*uo fuit amplior error, iniquior actio mentis,*
L*aus erit amplior, hymnus et altior, hanc abolentis.*

xiij.

P*ro ſtipe præmia, pro cruce gaudia, pro nece vita*
I*lla tenebitur, unde replebitur Iſraelita.*

xiv.

H*ic breve vivitur, hic breve plangitur, hic breve fletur;*
N*on breve vivere, non breve plangere retribuetur.*

xv.

O *retributio! ſtat brevis actio, vita perennis;*
O *retributio! cœlica manſio ſtat lue plenis.*

XVJ.

Quid datur et quibus? Æther egentibus et cruce dignis,
Sidera vermibus, optima ſontibus, aſtra malignis.

XVIJ.

Tunc roſa ſanguine, lilia virgine mente micabunt;
Gaudia maxima te, pia lacrima, te recreabunt.

XVIIJ.

Nunc tibi triſtia; tunc tibi gaudia, gaudia quanta
Vox nequit edere, lumina cernere, tangere planta.

XIX.

Sunt modo prælia, poſtmodo præmia. Qualia? Plena:
Plena refectio, nullaque paſſio, nullaque pœna.

XX.

Spe modo vivitur, et Syon angitur a Babylone;
Nunc tribulatio, tunc recreatio, ſceptra, coronæ.

FESTUM SS. SIMONIS ET JUDÆ.

De mundo non eſtis, ſed Ego elegi vos de mundo.

I.

CŒlica copia, cœlica gratia cum patefiet,
Lux nova mentibus, et Deus omnibus omnia fiet.

IJ.

Gens bene vivida, vitaque florida, fons David undans ;
Lux erit aurea, terraque lactea melle redundans.

IIJ.

Lux ea veſpere, gens lue, funere vita carebit ;
Jeſus babebitur, Ipſe tenebitur, Ipſe tenebit.

IV.

Lux erit Illius, Illius unius eſca benignis ;
Abſque cibo cibus, bis proprie quibus eſt cor ut ignis.

v.

D *iluit omnia cœlica gratia, fons* David *undans*
O *mnia diluit, omnibus affluit omnia mundans.*

vj.

O *pia gratia, celſa palatia cernere præſta ;*
U *t videam bona, factaque conſona cœlica feſta !*

vij.

N *on animum coquar, aut ſequar, aut loquar omne*
profanum ;
J *ungar habentibus æthera civibus, et ſequar* Agnum.

viij.

O *ſine crimine, vel ſine turbine, patria cœli,*
T *erreus ardeo, plus loquar, audeo, mente fideli !*

ix.

O *mea ! ſpes mea ! tu* Syon *aurea ! clarior auro,*
A *gmine ſplendida, ſtans duce florida, perpete lauro.*

x.

O *bona patria, num tua præmia plena tenebo ?*
O *bona patria, num tua gaudia teque videbo ?*

XJ.

D*ic mihi, flagito; verbaque reddito, dicque,—*
Videbis!
S*pem ſolidam gero: rem retinens ero?* Dic,—
R*etinebis!*

XIJ.

P*laude civis meus; eſt tua pars* Deus, E*jus es et*
ſis;
R*ex tuus eſt tua portio, tu Sua, ne ſibi deſis.*

XIIJ.

M*ens mea mens rea, non tibi pars ea jam ra-*
pietur;
E*ſt tibi lacrima, pars erit optima, poſce, feretur.*

XIV.

O *ptima portio, plena refectio, pax rata mentis,*
V*iſio* N*uminis, oraque luminis omnipotentis.*

XV.

H*inc ſitis intima ſanctaque lacrima ſpirat,*
anhelat;
F*lendo fit hoſtia, flet ſua noxia, flendoque velat.*

XVJ.

S*e flet et improbat, angit, agit, probat, eſt ſibi*
fornax;
F*lendo cor excitat, atque reclamitat,* O Syon! O
P*ax!*

XVIJ.

E*ſt lacrimantibus, eſurientibus, exanimatis*
P *neuma, refectio, vivificatio, viſio* P*atris.*

XVIIJ.

O *Sacer,* O *Pius,* O *ter et amplius ille beatus,*
C*ui ſua pars* D*eus:* O *miſer,* O *reus, hac viduatus.*

XIX.

O *mnis et unica gloria cœlica, conditor unus,*
M *uneris eſt dator,* I*pſe poli ſator,* I*pſeque munus.*

XX.

C*or foret* I*llius, Illius unius ora videre,*
A *gmina cernere, præmia ſumere, lumen habere.*

HIERVSALEM

FESTUM OMNIUM SANCTORUM.

Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis, ſtantes ante Thronum.

I.

URbs Syon *aurea, patria lactea, cive decora,*
O *mne cor obruis, omnibus obſtruis et cor*
et ora.

II.

N *eſcio, neſcio, quæ jubilatio, lux tibi qualis,*
Q*uam ſocialia gaudia, gloria quam ſpecialis.*

III.

L *aude ſtudens ea tollere, mens mea victa fatiſcit.*
O *bona gloria, vincor ; in omnia laus tua vicit.*

IV.

S *unt* Syon *atria conjubilantia, martyre plena ;*
C *ive micantia,* P*rincipe ſtantia, luce ſerena.*

V.

S *unt ibi paſcua, mentibus afflua, præſtita ſanctis;*
R *egis ibi thronus, agminis et ſonus eſt epulantis.*

VJ.

G *ens duce ſplendida, contio candida veſtibus albis;*
S *unt ſine fletibus in* Syon *ædibus, ædibus almis.*

VIJ.

S *unt ſine crimine, ſunt ſine turbine, ſunt ſine lite,*
I *n* Syon *arcibus editioribus* I*ſraelitæ.*

VIIJ.

P *ax ibi florida, paſcua virida, viva medulla;*
N *ulla moleſtia, nulla tragedia, lacrima nulla.*

IX.

O *ſacra potio, ſacra refectio, pax animarum;*
O *pius,* O *bonus,* O *placidus ſonus, hymnus earum!*

X.

S *ufficiens cibus eſt* Deus *omnibus* I*pſe redemptis;*
P *lena refectio, propria viſio* Cun*ctipotentis.*

XJ.

E*jus habent ſatis, bis tamen eſt ſitis* Ejus *anbela,*
A *bſque caloribus, abſque laboribus, absque querela.*

XIJ.

H*uic majus, buic minus, Ille potens ſinus eſt* Deitatis;
P *lurima manſio ſtat, retributio plurima* Patris.

XIIJ.

U *rbs* Syon *inclyta, gloria debita glorificandis;*
T *u bona viſibus interioribus intima pandis.*

XIV.

I *ntima lumina, mentis acumina te ſpeculantur;*
P *ectora flammea ſpe modo, poſtea ſorte, lucrantur.*

XV.

U *rbs* Syon *unica, manſio myſtica condita cœlo;*
N *unc tibi gaudeo, nunc mihi lugeo, triſtor, anbelo.*

XVJ.

O *pprimit omne cor ille tuus decor,* O Syon, O *pax!*
U *rbs ſine tempore, nulla poteſt fore laus tibi* mendax.

XVIJ.

O *nova manſio! te pia contio, gens pia munit,*
P *rovehit, excitat, auget, identitat, efficit, unit.*

XVIIJ.

S *unt tibi lilia, pura cubilia virginitatis;*
E *ſt roſa ſanguine, purpura lumine ſobrietatis.*

XIX.

H *unc bene quærimus, ergo videbimus, immo videmus;*
H *unc ſpeculabimur, hunc ſatiabimur, hunc ſitiemus.*

XX.

U *rbs Syon inclyta, patria condita littore tuto,*
T *e peto, te colo, te flagro, te volo, canto, ſaluto.*

XXJ.

C *um Patre Filius, atque Paraclitus æquus Utrique,*
O *mnia continet, omnia eminet, omnis ubique.*

ALDI
DISCIP·
ANGLVS

CHISWICK PRESS :—PRINTED BY WHITTINGHAM AND WILKINS,
TOOKS COURT, CHANCERY LANE.

THE LATIN YEAR.

THE LATIN YEAR A COLLECTION OF HYMNS FOR THE SEASONS OF THE CHURCH SELECTED FROM MEDIÆVAL AND MODERN AUTHORS. PART IV. ADVENT AND CHRISTMAS.

BASIL MONTAGU PICKERING,
196, PICCADILLY,
LONDON.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

Nox præceſſit: dies autem appropinquavit.

I.

VEni, veni Emmanuel!
Captivum ſolve Iſrael,
Qui gemit in exilio,
Privatus Dei Filio:
Gaude! gaude! Emmanuel
Naſcetur pro te, Iſrael!

II.

Veni, O Jeſſe virgula!
Ex hoſtis tuos ungula,
De ſpecu tuos tartari,
Educ, et antro barathri;
Gaude! gaude! Emmanuel
Naſcetur pro te, Iſrael!

III.

V*eni, veni,* O *Oriens!*
S*alvare nos adveniens;*
N*octis depelle nebulas,*
D*iraſque mortis tenebras!*
G*aude! gaude!* E*mmanuel!*
N*aſcetur pro te,* I*ſrael!*

IV.

V*eni,* C*lavis Davidica!*
R*egna reclude cœlica,*
F*ac iter tutum ſuperum,*
E*t claude vias inferum.*
G*aude! gaude!* E*mmanuel*
N*aſcetur pro te,* I*ſrael!*

V.

V*eni, veni,* A*donai!*
Q*ui populo in Sinai*
L*egem dediſti vertice,*
I*n Majeſtate gloriæ.*
G*aude! gaude!* E*mmanuel*
N*aſcetur pro te,* I*ſrael!*

DOMINICA SECUNDA ADVENTUS.

Videbunt Filium Hominis venientem in nube.

I.

NUbe vectus en descendit
NO lim cruce Qui pependit;
S ancti mille coruscantes
S tipant circum triumphantes;
A lleluia!
R ex in terris advenit.

II.

O mnes oculi videbunt
M ajestatem et pavebunt;
Q uem spernebant et vendebant,
C rucifixum transfigebant,
U lulantes
A gnoscent attoniti.

III.

M*anifeſta paßionis*
S*igna gerit et agonis;*
P*ro queis gratias ſanctorum*
D*abunt cœtus redemptorum*
C*ontemplantes*
S*æcla per innumera.*

IV.

E*xoptatum Salutare*
P*ompam jubet apparare;*
S*anCti diu expectantes*
S*urgunt Eum gratulantes;*
Alleluia!
A*deſt Dei Filius!*

V.

I*mmo Te omnes adorent,*
E*xaltatum Te honorent;*
P*ropriam Tu majeſtatem*
S*ume, Rex, et poteſtatem;*
A*lleluia!*
V*eni, veni, Domine!*

DOMINICA TERTIA ADVENTUS.

Quousque veniat Dominus.

I.

HAndem *fluctus, tandem luctus,*
S*ol erumpens temperat;*
N*unc aurora, rupta mora,*
L*ucem lætam nuntiat.*

II.

M*undi bellus ſol ocellus,*
V*erus Sol juſtitiæ,*
S*ignat ortum, monſtrat portum*
C*ommorans in virgine.*

III.

J*am quieſcit, deliteſcit*
I*n iſto Zodiaco;*
M*ox in lucem verum ducem*
P*roferet cum gaudio.*

IV.

H *oſtis frendet, ſol dum ſplendet*
P *ura ſub nubecula,*
S *ed eſt carens nævo, parens*
L *ucis, hæc virguncula.*

V.

P *ulſo nimbo, rupto limbo*
I *nſtat his victoria,*
Q *uos, patratum per peccatum,*
A *llegarent tartara.*

VJ.

E *rgo gaude, terra plaude,*
R *edde Deo gloriam,*
Q *uando rore pleniore*
N *ubes pluunt gratiam.*

DOMINICA QUARTA ADVENTUS.

Gaudete Domino.

I.

O Ter *fœcundas*, O *ter jucundas*
B *eatæ noctis delicias*,
Q *uæ ſuſpiratas e cœlo datas*
I *n terris paris delicias.*

II.

G *ravem primævæ ob lapſum* Evæ
D *um jamjam mundus emoritur*,
I *n carne meus, ut vivat*, Deus,
S *ol vitæ, mundo ſuboritur.*

III.

Æ *ternum* Lumen, *immenſum* Numen
P *annorum vinculis ſtringitur ;*
I *n vili caula, excluſus aula*,
R *ex cœli beſtiis cingitur.*

IV.

In cunis jacet, et infans tacet
Verbum, quod loquitur omnia;
Sol mundi friget, et flamma riget:
Quid sibi volunt hæc omnia?

NATIVITAS DOMINI.

Verbum caro factum est.

I.

PUer *natus in Bethlehem*
PU *nde gaudet Jerusalem.*

II.

H *ic jacet in præsepio,*
Q *ui regnat sine termino.*

III.

C *ognovit bos et asinus*
Q *uod puer erat Dominus.*

IV.

R *eges de Saba veniunt,*
A *urum, tus, myrrham offerunt.*

V.

I *ntrantes domum invicem*
N *ovum salutant Principem.*

VJ.

D *e matre natus* V*irgine*
S *ine virili ſemine ;*

VIJ.

S *ine ſerpentis vulnere*
D *e noſtro venit ſanguine ;*

VIIJ.

I *n carne nobis ſimilis,*
P *eccato ſed diſſimilis ;*

IX.

U *t redderet nos homines*
D *eo et Sibi ſimiles.*

X.

I *n hoc natali gaudio*
B *enedicamus* D*omino :*

XJ.

L *audetur Sancta Trinitas ;*
D *eo dicamus gratias.*

NATIVITAS DOMINI.

Adorent Eum omnes Angeli Dei.

1.

Ecce chorus angelorum
Regem celebrat cælorum
Nuper natum hodie!
Terris Pax miteſque mores:
Deo jungit peccatores
Dulcis Jeſus hodie.
Eia gentes properate;
Ferias concelebrate;
Cum cælicolis cantate,
Jeſus natus hodie!
Ecce chorus angelorum
Regem celebrat cælorum
Nuper natum hodie!

II.

C *hriſtus, Dominus æternus,*
C *hriſtus, quem colit ſupernus*
S *eraphim exercitus,*
S *ero venit, non moratur,*
V *irginis cui reſeratur*
I *ncorruptæ uterus.*
C *arne velat Deitatem:*
N *os laudemus majeſtatem*
D *ei qui humanitatem*
I *pſe ſumit hodie.*
E *cce chorus angelorum*
R *egem celebrat cœlorum*
N *uper natum hodie!*

III.

S *alve, Pacis almæ numen!*
S *alve, cœlis ortum lumen!*
S *alve, Sol Juſtitiæ!*
V *itam fert et claritatem;*
P *ennis fundens ſanitatem,*
E *luceſcit hodie.*

M *itis posuit splendores;*
M *ortis abstulit terrores;*
H *ominum levat labores,*
A *tque dat resurgere.*
E *cce chorus angelorum*
R *egem celebrat cœlorum*
N *uper natum hodie!*

NATIVITAS DOMINI.

Locutus eſt nobis Filio.

I.

DIes *eſt lætitiæ*
In ortu regali,
Nam proceſſit hodie
Ventre virginali
Puer admirabilis,
Vultu delectabilis
In humanitate,
Qui inæſtimabilis
Eſt et ineffabilis
In divinitate.

II.

Orto Dei filio
Virgine de pura,
Ut roſa de lilio,
Stupeſcit natura,

Quod parit juvencula
Natum ante ſæcula
Creatorem rerum,
Quod uber munditiæ
Lac dat pueritiæ
Antiquo Dierum.

III.

Angelus paſtoribus
Juxta ſuum gregem
Nocte vigilantibus
Natum cœli Regem
Nuntiat cum gaudio,
Jacentem præſepio
Infantem pannoſum,
Angelorum Dominum
Et prænatum hominum
Forma ſpecioſum.

IV.

In obſcuro naſcitur
Illuſtrator ſolis,
Stabulo reponitur
Princeps terræ molis;

F *aſciatur dextera*
Q*ui affixit ſidera*
D *um cœlos extendit;*
C *oncrepat vagitibus*
Q*ui tonat in nubibus*
D *um fulgur deſcendit.*

v.

O *rbis dum deſcribitur,*
V *irgo prægnans ibat*
B *ethlehem, quo naſcitur*
P *uer,* Q*ui nos ſcribat*
I *n illorum curiam,*
Q*ui canebant gloriam*
S *ummæ* Deitatis,
E *t in terræ finibus*
P *ax ſit in hominibus*
B *onæ voluntatis.*

vj.

C *briſte,* Q*ui nos propriis*
M *anibus feciſti,*
E *t pro nobis omnibus*
N *aſci voluiſti,*

T*e devote poſcimus,*
L*axa, quod peccavimus,*
N*on ſinas perire*
P*oſt mortem nos miſeros,*
S*ed Tecum ad ſuperos*
F*acias venire.*

S. Stephanus.

FESTUM S. STEPHANI.

Lapidabant Stephanum.

I.

HEri mundus exſultavit,
HE t exſultans celebravit
C briſti natalitia:
H eri chorus angelorum
P roſecutus eſt cœlorum
R egem cum lætitia.

II.

P rotomartyr et Levita,
C larus fide, clarus vita,
C larus et miraculis,
S ub hac luce triumphavit
E t triumphans inſultavit
S tephanus incredulis.

III.

T *eſtis tuus eſt in cœlis,*
T *eſtis verax et fidelis,*
T *eſtis innocentiæ.*
N *omen habes* Coronati,
T *e tormenta decet pati*
P *ro corona gloriæ.*

IV.

P *lenus Sancto Spiritu*
P *enetrat intuitu*
S *tephanus cœleſtia.*
V *idens Dei gloriam*
C *reſcit ad victoriam,*
S *uſpirat ad præmia.*

V.

S *e commendat Salvatori,*
P *ro Quo dulce ducit mori*
S *ub ipſis lapidibus.*
S *aulus ſervat omnium*
V *eſtes lapidantium,*
L *apidans in omnibus.*

VJ.

N *e peccatum ſtatuatur*
H *is, a quibus lapidatur,*
G *enu ponit et precatur,*
C *ondolens inſaniæ:*
I *n Chriſto ſic obdormivit,*
Q *ui Chriſto ſic obedivit,*
E *t cum Chriſto ſemper vivit,*
M *artyrum primitiæ.*

FESTUM S. JOHANNIS.

Diſcipulum, quem diligebat Jeſus.

I.

VErbum Dei, Increatum,
A nte ſæcla genitum,
S ponte hic pro nobis natum,
S ponte morti deditum,
D iu ſanctis exſpectatum
P ia turma militum.

II.

V elut aquila diſcernit
T e fidelis oculus;
E n noviſſimus ſe ſternit
C oram T e diſcipulus;
C rucifixum mundus ſpernit,
C onfitetur famulus.

III.

S *uper* Pe*ctus recumbenti*
V *era das indicia :*
O *rbæ conſulis* Parenti,
F *retus hac fiducia ;*
L *atus monſtras intuenti*
U *nde manat* Gratia.

IV.

I *lle primus, ſperans, credens,*
Q *uærit* Te *ad* Tumulum,
U *ltimus intrat diſcedens*
S *uperûm* Veſtibulum ;
D *eum* Te, *huic teſti credens,*
C *olit omne ſæculum.*

V.

A *uſo multa* Te *rogare*
D *iſcumbentem,* Domine,
M *ox arcana inſpectare*
D *abas ſub velamine :*
Q *uæ negatur explicare*
D *onec ſtas in limine.*

VJ.

R *ecluduntur cœli fores,*
A *dſunt, en! Judicia;*
L *ibri patent, dat clangores*
T *uba Iræ nuncia:*
B *lande ſuperat clamores*
C *aritas, Fiducia.*

VIJ.

T *e agnoſcunt, Sempiternum*
V *erbi Patrem Inclytum,*
V *erbum Patris Te Supernum,*
T *e Amborum Spiritum,*
C *œlum, terra; Te infernum*
R *egnum colit Dominum.*

Ex Egypto vocavi Filium.

DIES INNOCENTIUM.

Qui consurgens accepit Puerum, et Matrem Ejus, nocte.

I.

DOrmi, Fili, *dormi!* Mater
DC*antat Unigenito;*
D*ormi, Puer, dormi!* Pater
N*ato clamat parvulo.*
M*illies Tibi laudes canimus,*
M*ille mille millies!*

II.

L*ectum ſtravi Tibi ſoli,*
D*ormi, Nate, bellule!*
S*travi lectum fœno molli,*
D*ormi, mi animule!*
M*illies Tibi laudes canimus,*
M*ille mille millies!*

III.

D *ormi, decus et corona,*
D *ormi, nectar lacteum:*
D *ormi, mater dabo dona,*
D *abo favum melleum.*
M *illies Tibi laudes canimus,*
M *ille mille millies!*

IV.

D *ormi, Nate mi, mellite,*
D *ormi, plene faccharo!*
D *ormi, vita meæ vitæ,*
C *aſto natus utero!*
M *illies Tibi laudes canimus,*
M *ille mille millies!*

V.

D *ormi, cor et meus thronus,*
D *ormi, matris jubilum:*
A *urium cœleſtis ſonus*
E *t ſuave ſibilum.*
M *illies Tibi laudes canimus,*
M *ille mille millies!*

VJ.

D *ormi, Fili; dulce, mater,*
D *ulce melos concinam:*
D *ormi, Nate; ſuave, pater,*
S *uave carmen accinam.*
M *illies Tibi laudes canimus,*
M *ille mille millies!*

VIJ.

N *equid deſit, ſternam roſis,*
S *ternam fœnum violis;*
P *avimentum hyacinthis*
E *t præſepe liliis.*
M *illies Tibi laudes canimus,*
M *ille mille millies!*

VIIJ.

S *i vis muſicam, paſtores*
C *onvocabo protinus;*
I *llis nulli ſunt priores,*
N *emo canit caſtius.*
M *illies Tibi laudes canimus,*
M *ille mille millies!*

DOMINICA POST NATIVITATEM.

Ubi venit plenitudo temporis.

I.

VEſper cadit, nox invadit,
U mbras denſatura ſecum;
H uc adeſto, ubi reſto,
U t pernoctem, Jeſu, Tecum.
C um nec detur, qui ſoletur,
N ec circumſtet niſi triſte,
O Qui tamen es Solamen,
H oſpes mane mecum, Chriſte.

II.

P arva vitæ ruit cite
D ies, velut æſtus exit:
R uit decus, et non ſecus
O mne, mundus quod dilexit.

E *n mutanda, vel vaſtanda,*
C *uncta cedunt:—at* T*u ſiſte!*
T *u Qui caris non mutaris*
H *oſpes mane mecum,* C*hriſte.*

III.

N *i* T*e coram ſim per boram,*
D *ies mœreo deſertas.*
Q*ualis proſtem verſus boſtem*
T *elum niſi* T*u divertas?*
C *ui ſunt fiſi pedes, niſi*
D *ucant, firment manus iſtæ?*
S *ol ſeu datur, ſeu celatur,*
C *omes perge mecum,* C*hriſte.*

IV.

N *ihil tremo, turbat nemo,*
A *dſis ſi* T*u beaturus:*
Q*uæ ſunt rite mala vitæ,*
H *æc prætereo ſecurus.*
O *quam ſpernam tutus urnam!*
O *quis, Mors, triumphus iſte?*
V *inco ſoſpes, tantum boſpes*
M *aneas* T*u mecum,* C*hriſte.*

v.

D *ormienti, vix videnti,*
T *uam* O *protende* Crucem *;*
T *olle velum, monſtra cœlum,*
P *er tenebras affer lucem.*
E *n Sol ſurgit cœli! mergit*
U *mbras, mundum, quidquid triſte!*
Q *uavis ſorte, vita, morte,*
H *oſpes mane mecum,* Chriſte.

CIRCUMCISIO CHRISTI.

Paſtores glorificantes et laudantes.

I.

ECce nova gaudia
Anni reduxit orbita ;
Facit hæc ſolemnia
Nativitas Dominica :
Quapropter cuncti mortales
Hilariter, hilariter, hilariter, hilariter
Conjubilemus.

II.

Cum lætentur ſuperi,
Congaudeant et inferi ;
Eſt enim tam ſplendidi
Communis cauſa gaudii.
Quapropter cuncti mortales
Hilariter, hilariter, hilariter, hilariter
Conjubilemus.

III.

S atanæ chirographum
T ollet et omne debitum,
O mnibuſque ſuperûm
A periet palatium.
Q uapropter cuncti mortales
H ilariter, hilariter, hilariter, hilariter
C onjubilemus.

IV.

Q uid pro tanto munere
R eddemus Tibi, Domine?
Q uæſumus has ſuſcipe
Q uas grates damus carmine.
Q uapropter cuncti mortales
H ilariter, hilariter, hilariter, hilariter
C onjubilemus.

CIRCUMCISIO CHRISTI.

Vocatum eſt nomen Ejus Jeſus.

I.

NOmen *jure ſublimatum,*
I*n excelſis adoratum,*
N*omen ſummæ gloriæ,*
G*abrieli revelatum,*
E*t in terris nunciatum*
G*enitrici gratiæ.*

II.

H*æc octavo die natum*
C*ircumciſum more patrum*
S*alvatorem nominat.*
U*niverſo publicatum*
M*undo nomen hoc beatum*
C*redentes ſalvificat.*

III.

I *n hoc lucet* Trinitatis
S *plendor atque* Unitatis,
H *oc cœlum lætificat.*
I *n hoc fulget honor* Patris,
I *n hoc patet decor matris,*
H *oc fratres glorificat.*

IV.

H *oc eſt nomen ſalutare*
E *t ſolamen ſingulare*
Q *uod ſuccurrit triſtibus.*
H *oc nos decet honorare,*
B *enedicere, laudare,*
S *emper lætis mentibus.*

V.

E *cce nomen gratioſum,*
F *ructuoſum, virtuoſum*
P *ræ cunctis nominibus.*
V *ultum* Dei *gratioſum,*
S *pecioſum, amoroſum*
O *ſtendit hominibus.*

VJ.

N *omen pulchrum in decore,*
S *umme bonum in valore,*
I *ntus ſapit dulciter ;*
S *umme potens in vigore,*
S *umme celſum in honore,*
D *electat feliciter.*

VIJ.

E *rgo, Paſtor animarum,*
B *one Jeſu et earum*
L *umen indeficiens,*
P *ropter nomen Tuum carum*
T *etrum chaos tenebrarum*
O *bſtrue nos muniens.*

VIIJ.

O R*eformator cunctarum*
N *ationum humanarum,*
V *ita mortem auferens,*
R *eſtaurator ruinarum*
V *irtutum angelicarum,*
T *e Ipſum ſis largiens.*

Magi ab Oriente.

EPIPHANIA.

Obtulerunt Ei munera, aurum, thus, et myrrham.

I.

NOs, *respectu gratiæ,*
G*entium primitiæ,*
S*pem totius veniæ*
V*obis damus hodie.*

II.

C*ujus stellam vidimus,*
V*eram lucem credimus,*
Q*uem* Deum *cognovimus*
A*dorare venimus.*

III.

D*ona damus talia,*
P*er quæ regis gloria*
P*atet et potentia,*
Q*uæ gubernat omnia.*

IV.

J *us in auro regium,*
T *hure Sacerdotium,*
M *yrrha munus tertium*
M *ortis in indicium.*

EPIPHANIA.

In myſterio Chriſti.

I.

Ribus ſignis,
Deo dignis,
Dies iſta colitur;
Tria ſigna
Laude digna
Cœtus hic perſequitur.

II.

Stella magos
Duxit vagos
Ad præſepe Domini,
Congaudentes
Omnes gentes
Ejus pſallunt nomini.

iij.

N *ovum mirum,*
A *qua vinum*
F *actum eſt ad nuptias;*
M *undus credit,*
C *briſtus dedit*
S *ignorum primitias.*

iv.

A *Johanne*
I *n Jordane*
C *briſtus baptizatus est;*
U *nde lotus*
M *undus totus*
E *t purificatus eſt.*

v.

L *ector, lege:*
A *ſummo* Rege
T *ibi benedictio*
S *it in cœlis,*
P *lebs fidelis*
P *ſallat, cum tripudio.*

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM.

Rationabile obſequium veſtrum.

I.

O *Rex terræ, maris, poli,*
Laus et honor Tibi ſoli!
Quo amore debes coli,
Qui largiris omnia!

II.

Te favente, ver renidet,
Fruges, flores terra videt;
Tuum eſt quod meſſis ridet,
Qui largiris omnia.

III.

Tibi, quod ſunt pax ſaluſque,
Vita bona, grates uſque
En debemus dabimuſque,
Qui largiris omnia.

IV.

T *ibi, quod redemti ſtamus,*
G *ratiam, cœlum quod ſperamus,*
R *urſus, Pater, quid reddamus,*
Q*ui largiris omnia?*

V.

S *i quo fruar, perdo totum;*
I *d pro lucro ſtat immotum,*
Q*uicquid Tibi ſit devotum,*
Q*ui largiris omnia.*

VJ.

N *am quod deponamus ibi,*
M *ille fructus auget ſibi;*
L *argiamur ergo Tibi,*
Q*ui largiris omnia.*

VIJ.

V *itæ ſic jungamur iſti,*
O *qui vitam præbuiſti,*
Q*ui quod damus et dediſti,*
Q*ui largiris omnia.*

Nuptiæ in Cana.

DOMINICA SECUNDA POST EPIPHANIAM.

Vocatus eſt autem Jeſus, et diſcipuli Ejus, ad nuptias.

I.

QUæ *beavit Paradiſum,*
D *onum ſpondens improviſum*
N *uptias quæ nunciavit,*
N *oſtras quoque* V*ox ſacravit.*

II.

P *uras cum junxere manus*
V *irgo et vir Chriſtianus,*
T *riplex ſonat* T*rinitatis*
B *enedictio jugatis.*

III.

D *otes ſpondet fauſte natis*
F *ide, Spei, Caritatis;*
S *pondet vinculum jugale,*
N *il quod ſoluat mortale.*

IV.

A *dſis, magne rerum Sator,*
P *ronubus, ſponſœque dator;*
A *dœ Evam ut dediſti*
C *ujus latus perculiſti.*

V.

F *ili, prope hoc ſis die*
M *anus Qui conjungas pie;*
H *omo ſicut es Deuſque,*
U *num ſponſa ſit ſponſuſque.*

VJ.

S *ancte Spiritus, tutere*
I *ſtic qui procubuere;*
S *icut byſſino veſtitam*
A *gni conſecras Maritam.*

VIJ.

P *uris ambulent ſub alis,*
T *uti angelis a malis,*
A *d Tuum dum ſic Altare*
V *ota pergunt integrare.*

VIIJ.

S *erta obtulere fauſta*
C *oram* Te, *ceu holocauſta,*
P *ura cum* Uxore *puri*
C *briſti* Thronum *adituri.*

DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM.

Sicut credidisti fiat tibi.

I.

DEfecratum, deſtitutum,
T oto corpore pollutum,
Et pollutum anima,
Quis me jam redintegrabit?
Qualis penna me levabit
E tanta miſeria?

II.

Sine ſpe et ſine Deo
Ad Inferna vivus eo;
Sum conſors diaboli:
Quid ſit opus jam precandi?
Quippe vim deſiderandi
Meliora perdidi.

III.

His in mundi volutabris,
Siccis anhelanti labris,
Jam vires deficiunt.
Pro me, Jesu dulcis, ora!
Verba melle dulciora
Tua cor reficiunt.

IV.

O mnes vos qui laboratis,
Qui gravati suspiratis,
Jugum meum tollite:
A me parvuli discetis,
Requiem invenietis;
Ad me fontes currite.

V.

O per latus laceratum,
In hac cruce toleratum
Per Tuum supplicium,
Per has spinas, per apertos
Ad salvandum me lacertos,
Fac me rursus integrum!

VJ.

Q*ui latroni moribundo*
O *re promiſiſti mundo*
P *aradiſi gloriam,*
P *eſſimo tu peccatorum,*
I *ndigniſſimo reorum,*
M *ihi dona veniam!*

VIJ.

F *ac ut aridum cor meum*
R *evireſcat ante Deum;*
F *ac me tecum vivere:*
F *ac ut mortuus qui eram,*
C *um ſepulchro bella geram;*
F *ac me per te vincere.*

DOMINICA QUARTA POST EPIPHANIAM.

Motus magnus factus eſt in mari.

I.

PAter Æterne! præſens aſſervare,
Qui Tua Dextra pelagus vinxiſti,
Mare profundum potens refrœnare
Finibus certis quos inſtituiſti;
Precibus audi Tuos ſupplicantes,
Fac ſalvos omnes mare navigantes.

II.

Chriſte Salvator! Cujus audiverunt
Vocem ſopitæ fluctus tempeſtatis;
Cujus in undas Pedes inceſſerunt,
Qui dormiviſti undis agitatis,
Precibus audi Tuos ſupplicantes,
Fac ſalvos omnes mare navigantes.

III.

S piritus Sancte! Chai ſuper aquas
C æcas, informes, olim Qui moviſti;
Q ui temperâſti undas conturbatas,
F remitus premens, pacem reddidiſti;
P recibus audi Tuos ſupplicantes,
F ac ſalvos omnes mare navigantes.

IV.

T rinitas Sancta! Poteſtate plena,
P ericlitantes navitas defende,
I gnem, procellas, inimicos frœna,
I nſuper Dextram validam prœtende,
G rates ut agant, Te Deum laudantes,
N obiſcum omnes mare navigantes.

DOMINICA QUINTA POST EPIPHANIAM.

Gratias agentes.

I.

PLaudite cœli!
PRideat æther!
Summus et imus
Gaudeat orbis!
Transiit atræ
Turba procellæ!
Subiit almæ
Gloria palmæ!

II.

Surgite verni,
Surgite flores,
Germina pictis
Surgite campis!

T *eneris miſtæ*
V *iolis roſæ ;*
C *andida ſparſis*
L *ilia calthis !*

III.

C *urrite plenis*
C *armina venis,*
F *undite lætum*
B *arbita metrum ;*
N *amque revixit,*
S *icuti dixit,*
P *ius illæſus*
F *unere Jeſus.*

IV.

P *laudite montes,*
L *udite fontes,*
R *eſonent valles,*
R *epetant colles :*

I *o revixit,*
S *icuti dixit,*
P *ius illæſus*
F *unere Jeſus.*

DOMINICA SEXTA POST EPIPHANIAM.

Ille apparuit, ut peccata noſtra tolleret.

I.

Equis binas columbinas
Alas dabit animæ,
Ut in almam Crucis palmam
Evolet citiſſime?
In qua Jeſus totus læſus,
Orbis deſiderium,
Et immenſus, eſt ſuſpenſus,
Factus improperium!

II.

O cor ſcande! Jeſu pande
Caritatis viſcera:
Et profunde me reconde
Intra ſacra vulnera.

I *n ſuperna me caverna*
C *olloca maceriæ ;*
H *ic viventi, quieſcenti,*
F *inis eſt miſeriæ !*

III.

O *mi* Deus, *amor meus !*
T *une pro me pateris ?*
P *roque indigno* Crucis *ligno*
J *eſu mi ſuffigeris ?*
P *ro latrone,* Jeſu *bone,*
T *u in* Crucem *tolleris ?*
P *ro peccatis meis, gratis,*
V *ita mea, moreris ?*

IV.

N *on ſum tanti,* Jeſu, *quanti*
A *mor tuus æſtimat :*
H *eu cur ego vitam dego*
C *or ſi* Te *non redamat ?*

B *enedictus sit invictus*
A *mor vincens omnia :*
A *mor fortis, tela mortis*
R *eputans ut somnia.*

v.

I *ste fecit et refecit*
A *mor, Jesu, perditum :*
O *insignis, Amor, ignis,*
C *or accende frigidum !*
O *fac vere cor ardere,*
F *ac me Te deligere :*
D *a conjungi, da defungi*
T *ecum, Jesu, et vivere !*

DOMINICA SEPTUAGESIMA.

Simile eſt regnum cœlorum homini Patrifamilias.

I.

SAnctæ Syon adſunt encœnia:
SD eſponſatur præſens eccleſia.

II.

S tans amicta virtutum gloria,
P aſſim organa ſonant dulcia.

III.

R orat cœli miſericordia:
P luunt nubes, ſtillat juſtitia.

IV.

S ponſus adeſt, natus ex Maria,
S anans mundum indulta venia.

v.

J *ungit* Sibi *Chriſtus eccleſiam ;*
S *eptiformem dat ei gratiam.*

vj.

S *acramenta fiunt paſchalia :*
P *roponuntur vitæ ciboria.*

vij.

A *d has* Agni *cœleſtis nuptias*
V *ocat ſuos* P*aterfamilias.*

viij.

A *deſt* Abel, *fert innocentiam ;*
I *ntrat* Noe, *portat juſtitiam.*

ix.

M *elchiſedec, pro ſacerdotio*
B *enedicens, ſedet in medio.*

x.

H *ic* Abrahæ *fidei veritas ;*
S *pes* I*ſaac et* Jacob *caritas.*

XJ.

S *tet Moyſes cornuta facie;*
S *olem tenens triumphat Joſue.*

XIJ.

P *uer David trucidat Goliam:*
R *ex pſalmorum pangit melodiam.*

XIIJ.

S *imul aſtant Lex et Prophetia,*
C *onfirmata per Evangelia.*

XIV.

F *æderantur terris cæleſtia:*
C *omplet Deus omnibus omnia.*

DOMINICA SEXAGESIMA.

In mortibus frequenter.

I.

POscit *regnum Dei Natus;*
P*ergit pugnaturus:*
S*igni rubor fulget latus,—*
E*cquis ſecuturus?*
C*hriſti ſi quis hauſtum trucem*
F*ortiter potabit,*
C*hriſti ſi quis geret crucem,—*
I*s commilitabit.*

II.

E*cce primus,—qui per velum*
M*ortis ſtat explorans,*
C*hriſtum videt inter cœlum,*
C*adit Hunc adorans;*

I *ctibus oppreſsus duris*
(H *ic exemplar dabit*)
V *eniam orat necaturis,—*
Q *uis commilitabit ?*

III.

E *cce bis sex,—quibus* P*ater*
I *nſpiravit lucem,*
Q *ui, ſpes tanta nempe datur,*
S *pernunt flammam, crucem ;*
S *ciunt fortes per mucronem*
Q *uid angoris ſtabit,*
P *er tyrannum, per leonem,—*
Q *uis commilitabit ?*

IV.

P *ueris en ſenes miſti,*
V *irgines matronis,*
N *itent circa ſedem Chriſti*
V *eſtibus, coronis.*

I*ftis per dolores datur*
A*d* T*e perdurare;*
I*ftis* O *concedas,* P*ater,*
N*os commilitare.*

DOMINICA QUINQUAGESIMA.

Dixerunt ei, Jesus Nazarenus transiret.

I.

IEsus, *dulcis* Nazarenus,
J *udæorum* Rex *amœnus*,
P *ius, pulcher, floridus;*
P *ro salute suæ gentis*
S *ubit mortem in tormentis,*
F *actus pallens, lividus.*

II.

D *ulce nomen et cognomen,*
H *oc transcendens est prænomen*
O *mnibus nominibus:*
M *ulcet reos, sanat eos,*
F *ovet reos, munit eos,*
S *ervat ab insultibus.*

III.

Hoc eſt nomen recolendum,
Quod ſic ſemper eſt tremendum
Malignis ſpiritibus;
Hoc eſt nomen ſalutare
Et ſolamen ſingulare
Quod ſuccurrit triſtibus.

IV.

Ut quid majora cupimus
Quam quod Jeſus ſit intimus
Qui eſt præamantiſſimus,
Et quærit nos amare:
Amat ferventiſſime,
Amat conſtantiſſime,
Amat benigniſſime,
Et ſuos vult juvare.

V.

Jeſu! nomen omne bonum
Tenet, facit dulcem ſonum,
Promeretur Regni thronum,
Auditum lætificat:

I *n hoc lucet ſplendor* Patris,
I *n hoc patet decor* Matris,
I *n hoc fulget bonor fratris:*
H *oc fratres magnificat.*

VJ.

C *aput* Jeſu, *cor, mens, manus,*
P *es et corpus, vigor ſanus,*
S *anguis* Chriſti, *et humanus*
P *arantur hominibus:*
H *æc torquentur paſſa dura,*
H *is læſura et natura,*
R *eparantur pia cura,*
P *urgatis criminibus.*

VIJ.

E *rgo ſi quis velit ſcire*
Q *uare nomen* Jeſu *mire*
F *acit bonos concupire*
S *ui inhærentiam;*
J *eſus pulcher in decore,*
S *umme bonus in valore,*
M *itis, lenis cum dulcore,*
P *ronus ad clementiam.*

VIIJ.

J*eſus eſt* Rex *glorioſus,*
J*eſus forma ſpecioſus,*
J*eſus lingua gratioſus,*
E*t mirandus opere:*
J*eſus fortis, animoſus,*
J*eſus pugil vigoroſus,*
J*eſus donis copioſus,*
E*t gaudet tribuere.*

IX.

S*ummus potens in vigore,*
S*ummus celſus in honore,*
S*ummus gratus in amore,*
O*mnem laudem obtinet:*
I*n ſciendo omne ſapit,*
A*mbiendo cuncta capit,*
D*iligendo corda rapit,*
E*t illata retinet.*

X.

E*ia nobis nomen gratum,*
D*ulcis Jeſus appellatum,*

S*ic in corde ſit firmatum*
U*t non poſſit exui;*
H*oc reatum peccatorum*
T*ollat, præſtet jubilorum*
O*das, ſede beatorum*
D*onet nobis perfrui.*

Feliciter explicit Annus *Latinus.* Laus Deo.
Oct. 20. 1873.

EVE
RB

INDEX.

WITH AUTHORITIES, CORRECTIONS, AND NOTES.

IN *the following Index opportunity has been taken to correct misprints where they are known. Some authority is given for each hymn, and those readers who wish to study the subject further will see by the constant references to* Daniel's "*Thesaurus Hymnologicus*," *to* Mone's "*Hymni Latini Medii Ævi*," *to* Neale's "*Hymni Ecclesiæ*," *to Archbishop* Trench's "*Sacred Latin Poetry*," *and to Mr.* Coutier Biggs's "*Hymns Ancient and Modern Annotated*," *that much more is to be found in these and other books. Although on two or three occasions I have quoted manuscript authority, it is only because the first copy of a hymn has come to me directly from such a source, and*

not becauſe I *have made any ſerious attempt to ſupplement the reſearches of* Neale, Daniel, *or the others.* At *the ſame time* I *think it right to ſay that both manuſcript and printed* Breviaries *and collections of* Hymns *have been examined, and that probably any one who has gone over the ſame ground will agree with me that little worth gleaning from the well garnered field now remains unprinted.* The *ſecular literature of* Latin *rhyme may poſſibly preſent ſome unexplored nooks.*

The *texts have been taken from either the* Epiſtle *or the* Goſpel *for the day, the old verſion, generally from a* Manuſcript Bible *of the thirteenth century, being uſed in preference.*

All *the hymns are in rhyme with the exception of two by* Cardinal Peter Damiani, *in which the aßonance approaches rhyme ſo nearly as to make the difference immaterial.* I *have been obliged, with regret, to omit many fine unrhymed hymns, including thoſe known as* Ambroſian, *thoſe of* Prudentius, *and thoſe of* Venantius. A *large ſource*

of the ſupplies of other editors being thus cut off, I have had recourſe to the kind aſſiſtance of ſeveral modern ſtudents of the rhymed form of Latin *verſe, and have eſpecially to thank my friend* Mr. T. G. Godfrey-Faußett, F.S.A., *for ſix tranſlations made expreſsly for the "* Latin Year." *It is to be hoped that before long a complete volume may iſsue from the ſame pen.* Dr. Kynaſton, *the* High Maſter *of* St. Paul's School, *and* Mr. Addington Symonds, *well known as an* Engliſh *poet, have alſo favoured me with their unpubliſhed pieces. And I have to acknowledge the kindneſs of* Mr. Gladſtone, Mr. Beresford Hope, Canon Pearſon *of* Knebworth, Mr. Whiting, *and* Dr. Thornton, *for leave to uſe their tranſlations already printed elſewhere. My warmeſt thanks are due to* Mr. Coutier Biggs, *who unconditionally placed at my diſpoſal the collection formed for his edition of "* Hymns Ancient and Modern," *including his own tranſlations of* Engliſh Hymns, *and who, above all, has kindly aſsiſted me with his advice and with the critical care and ſkilled accuracy*

to which any meaſure of completeneſs muſt be attributed. I *have alſo to acknowledge the kindneſs of the* Rev. Dr. *Purefoy Colles in making copies of ſeveral hymns.*

Mr. *Robert Bateman has drawn the illuſtrations on wood, with one exception, from his own deſigns. Our acknowledgments are due to* Mr. R. *Spencer Stanhope for leave to uſe a ſtudy of his fine picture, the "Winepreſs," from which the ſubject of the deſign for the cut facing p.* 59 *is derived.*

W. J. *Loftie.*

A *doretur Ille Deus*, 205.

From the "Eccleſiologiſt," April, 1853, "E Miſſali Morinenſi." The 4th and 6th verſes omitted.

A *d perennis vitæ fontem*, 124.

By S. Peter Damiani, Cardinal Biſhop of Oſtia; d. 1072. From Mone, vol. i. p. 422, and Trench, p. 315. This magnificent hymn is not rhymed in the ſtrict modern ſenſe of the word.

A *lmum Flamen, Vita mundi*, 101.

From Daniel, vol. ii. p. 368.

A *ngelorum ſi haberem*, 184.

From Mone, vol. i. p. 361. Ten out of thirteen verſes.

A *rx firma Deus noſter eſt*, 121.

From Mohnike, *Hymnologiſche Forſchungen*, vol. ii. p. 250. Tranſlated by Buttmann (d. 1829), from Luther's "Ein feſte Burg iſt unſer Gott." See Trench, p. 253.

A *ttolle paullum lumina*, 153.

From Daniel, vol. ii. p. 345. See alſo Neale, *Hy. Eccl.* p. 112, and a tranſlation in his "Mediæval Hymns," p. 214, where he ſays that this hymn and *Exite, filiæ Syon*, are "not earlier than the ſixteenth, it may be the beginning of the ſeventeenth, century."

A *ve Jeſu, beatorum*, 19.

A ſelection from Mone, vol. i. p. 355. Eight verſes out of twenty-two. There is a kind of title conſiſting of eight lines, of which theſe are the moſt important:—

"Edidit hoc carmen quidam monachus Griſeorum
Ad laudem Domini Jheſu ſtudiumque bonorum."

Verſe iij. for *porta* read *portæ*; verſe vj. for *Cive* read *Ave*; and for *ab narrandum* read *ad narrandum*.

C *edant juſti ſigna luctus*, 48.

From Neale, "*Hymni Eccleſiæ*," p. 148. In verſe vj. for *ad jumentum* read *adjumentum*.

C *œlica copia, cœlica gratia*, 235.

From Bernard de Morlaix, "*De Contemptu Mundi*." Thomas Wright's "Anglo-Latin Satirical Poets," vol. ii. p. 14. See under "O ſacra potio, ſacra refectio," and "Urbs Syon aurea, patria lactea," *infra*. Verſe xij. *Plaude civis meus*. So Flacius in two conſecutive lines in his *Varia Poemata*, ed. 1556, p. 260. This can hardly be a miſprint, but Trench and Neale have preferred to read *Cinis*, which ſcans better, and Wright has followed them. In a manuſcript either reading may be correct.

C *or meum* Tibi *dedo*, 166.

From Daniel, vol. ii. p. 370.

C *um me tenent fallacia*, 229.

By William Alard; d. 1645. From Trench, p. 241.

C *um recordor diligenter*, 117.

Selection from Mone, vol. i. p. 416. "Cum revolvo toto corde." The whole poem, which is headed "Meditatio animæ fidelis," commences with nine verſes "De contemptu mundi;" followed by four "De timore mortis;" nine "De adventu Judicis;" ſix "De pœna peccatoris;" and then the eighteen "De gaudio electorum," from which I have taken the firſt ſeven and the laſt five. Mone appends this note:—"Hymnus de Seminarbibliothek zu Trier, O, 17, am Ende, aus dem 13. Jahrh." It is probably even older than this implies; he mentions that Du Méril aſſigns it to the 12th century, but Levis to a Franciſcan, Peter Gonella, of Tortona.

C *ur mundus militat ſub vana gloria*, 6.

From Daniel, vol. ii. p. 379. A long account of this poem, with various authorities, is given by Daniel, vol. iv. p. 288. The different copies have many readings, and even alter the diſpoſition of the verſes. The author was at firſt ſuppoſed to be S. Bernard of Clairvaux. Wadding attributed it to Jacopone, to whom it is generally aſſigned, as well as the two poems beginning "Stabat Mater," but on inſufficient grounds. Trench, p. 262, gives his biography at ſome length, on the ſtrength of this compoſition.

Bale firſt named Walter Map, or Mapes, as the author, and it is included in Mr. Wright's volume, "Poems attributed to Walter Mapes," p. 147. Daniel thinks the authorſhip lies between Mapes and Jacopone. According to Mr. Wright, it occurs in an Engliſh manuſcript of the thirteenth century. Moreover, it reſembles, in many points, eſpecially in the eaſe and flow of the metre, the compoſitions uſually believed to be by Walter. I think therefore we need have little heſitation in claiming it for our countryman. In the text I have omitted two verſes; they follow from Archbiſhop Trench's verſion:—

"Dic ubi Salomon, olim tam nobilis,
Vel ubi Sampſon eſt, dux invincibilis,
Vel pulcher Abſalon, vultu mirabilis,
Vel dulcis Jonathas, multum amabilis?

"Quo Cæſar abiit, celſus imperio,
Vel Dives ſplendidus, totus in prandio?
Dic, ubi Tullius, clarus eloquio,
Vel Ariſtoteles ſummus ingenio."

The "Stabat Mater Doloroſa" is more likely to be by Jacopone, and is familiar everywhere. The other poem, "Stabat Mater Specioſa," was publiſhed ſeparately, with a tranſlation by Dr. Neale, in 1866.

D *eſecratum, deſtitutum*, 294.

By John Addington Symonds.

D *e Sion exivit tenor legis*, 202.

From Mone, vol. ii. p. 252. A hymn of the 13th century.

D *ies eſt lætitiæ*, 258.

From Mone, vol. i. p. 62, a ſelection of five out of nine verſes.

D *ies iræ, dies illa*, 3.

From "The Office of the B. V. Mary in Engliſh," 24mo. London, 1687, in which it is headed, "The Sequence that is ſung at Solemn Maſs for the Dead;" it has an Engliſh tranſlation annexed, beginning:—

"Day of wrath, that dreadful day,
Shall the world in aſhes lay:
David and the Sybills ſay."

Three verſes omitted, one between the fourteenth and fifteenth and a double one at the end. Verſions of this hymn, which is commonly attributed to Thomas of Celano, a companion of S. Francis of Aſſiſi, are to be found in all the collections. In Daniel's "Theſaurus," vol. v. pp. 314, 317, are two other hymns, *Fregit victor virtualis*, and *Sanctitatis nova ſigna*, which are believed to be by the ſame Thomas. They are both in honour of St. Francis, and having been for a long time loſt, the firſt was identified by Dr. Neale in a ſmall MS. book of Hours, with French rubrics, cir. 1400, in the National

Library at Liſbon, according to an article in the *Eccleſiologiſt*, xcvij. Aug. 1853; and the ſecond, Daniel prints from the *Acta Sanctorum*. They have little merit in compariſon with *Dies iræ*, but are not ſo poor as ſome commentators might lead us to ſuppoſe.

D *ignare me, O Jeſu, rogo Te*, 175.

From Daniel, vol. ii. p. 371.

D *omine, jam patiaris*, 198.

From *Arundines Cami*, 1846, p. 295, where it has the initials of the late Henry Drury.

D *ormi, Fili, dormi! Mater*, 271.

From Daniel, vol. iv. p. 318: "Canticum benedictæ Matris ad filium in præſepe jacentem." Du Méril attributes ſome antiquity to it, but Daniel thinks it of Jeſuit origin. Verſes omitted.

E *cce chorus angelorum*, 255.

Tranſlated by John Addington Symonds from Charles Weſley's "Hark, how all the welkin rings," a hymn beſt known with Madan's alterations as "Hark, the herald Angels ſing."

E *cce nova gaudia*, 277.

From Neale, "*Hymni Eccleſiæ*," p. 72. Daniel, vol. ii. p. 343. He ſays (p. 245), it is probably of German origin and of the 14th century.

E *quis binas columbinas*, 302.

From Neale, "*Hymni Ecclesiæ*," p. 109. It is also given by Trench, p. 150; Daniel, vol. ii. p. 344; and Walraff, p. 16.

E *xite filiæ Syon*, 22.

From Daniel, vol. ii. p. 348; Neale, "*Hymni Ecclesiæ*," p. 135. Verse v. for *lanercula* read *lacernula*; and for *vermissum*, Daniel's reading, *vermis sum*, which is almost certainly correct. Neale gives a translation, "Mediæval Hymns," p. 217. It is not very satisfactory, but I have not seen a better. The following version has not been published before; in some respects it is more literal:—

I.

Daughters of Syon, go
Forth, see the King of kings,
To save His people, lo,
From Solomon He springs;
In royal robes of purple dight,
With sceptre, crown, and jewels bright.

II.

The Solomon of grace
He bears no laurel rod;
With olive branch of peace,
'Tis Jesus, Son of God.
On Gabbatha He meekly stands,
Pardon for sinners in His hands.

III.

His crown all glorious ſhines
With rubies cruſted o'er,
Dug in the deepeſt mines,
Upon the Red Sea ſhore:
Each gem that gliſtens in that crown,
A drop of blood that trickles down.

IV.

The ſceptre in His hands
Lays down the law, indeed,
But bears no lictors' bands:
'Tis but a waving reed,
For with no rod of iron He
Rules human boſoms peacefully.

V.

That robe of royal hue
A ſoldier rudely ſpreads;
No worms of Tyrian blue
Have ſtained its meagre threads:
"A very worm, no man, am I,"
He ſaid Who gave its crimſon dye.

VI.

To Him we bend the knee;
The ſervants of the King
Deſpiſe earth's vanity,
Him only following:
Left cold the members ſhould be found,
While cruel thorns the Head ſurround.

E *xſultet cor præcordiis*, 177.

From "Hymns Ancient and Modern, Annotated," by the Rev. L. C. Biggs, p. 237. "A hymn from the Sarum Breviary."

F *ons Immanuelis venis*, 135.

Tranſlation by the Rev. Herbert Kynaſton, D.D., of Cowper's "There is a fountain filled with blood."

G *lorioſi Salvatoris*, 169.

From "Hymns, Ancient and Modern, Annotated," by the Rev. L. C. Biggs, p. 209. Of the 15th century. Liége Breviary, for the Name of "*Jeſus*." Neale, "Mediæval Hymns," p. 202, gives a tranſlation and obſerves: "A German hymn on the Feſtival of the Holy name of Jeſus. All that can be ſaid of its date is, that it is clearly poſterior to the *Pange Lingua* of St. Thomas, which it imitates."

G *ravi me terrore pulſas*, 172.

By S. Peter Damiani, Cardinal Biſhop of Oſtia; died 1072. From Daniel, vol. i. p. 218. Trench, p. 278. Tranſlated by Neale, "O what terror in thy forethought," "Mediæval Hymns," p. 52. In Daniel, vol. iv. p. 291, are ſeven additional verſes. This fine hymn, like *Ad perennis vitæ fontem* (vide ſupra), is not ſtrictly rhymed.

H *eri mundus exſultavit*, 263.

By Adam de S. Victor. From Archbiſhop Trench's

"Sacred Latin Poetry," p. 212, omitting verſes 3, 4, and 6. Tranſlated by Neale, p. 133.

H*omo* D*ei creatura*, 8.

Selected from the "*Paradiſus Animæ*" of Jacobus Horſtius, Mechlin, 1858, p. 191, where it is headed, "D. Dominici Carthuſiani Exhortatio ad Pœnitentiam." See alſo Daniel, vol. iv. p. 250, and Mone, vol. i. p. 420. Daniel, in his Index, vol. v. p. 382, writes, "Adnotat Neale, quod et Monium et me effugit, conditum eſſe carmen ab Dionyſio Carthuſiano." I cannot find any account of either Dominic or Dionyſius in Leyſer. In the *Paradiſus* this poem has twenty-one verſes. Mone and Daniel give twelve and a half.

H*uc ad jugum* C*alvariæ*, 11.

From Neale's *Hymni Eccl.* p. 124, and Daniel, vol. ii. p. 353. A tranſlation is given by Neale, "Mediæval Hymns," p. 220. Verſe v. for *lavorum*, read *clavorum*.

H*uic adeſte*, G*alilæi*, 189.

By the Rev. Herbert Kynaſton, D.D. *Cantica Coletina*, p. 20.

I*n domo* P*atris*, 207.

A ſelection from Mone, vol. i. p. 428, where the whole poem conſiſts of twenty-ſeven verſes.

In occurſum Præcurſoris, 215.

A ſelection from Daniel, vol. ii. p. 217. The whole hymn has eleven verſes.

Jeruſalem luminoſa, 15.

From Mone, vol. i. p. 433. A ſelection. Dr. Neale (Hymns on the Joys and Glories of Paradiſe, p. 44) attributes it to the 15th century. Verſe iij. line 2, and verſe v. line 6, for *In* read *Tu*; verſe iv. line 5, for *Tu hoc*, read *In hac*.

Jeſu dulcis memoria, 80.

A ſelection from the "*Paradiſus Animæ*" of Jacobus Horſtius, Mechlin, 1858, p. 468, where it is headed "Jubilus Amantis Animæ, S. Bernardo adſcribi ſolitus." It conſiſts of fifty verſes. Mone, vol. i. p. 329, gives twenty-five. Daniel, vol. i. p. 222, forty-eight, of which he attributes only eleven to Bernard; Trench, p. 246, gives fifteen, including verſes i. to v., verſe x. and verſes xx. and xxj. of this ſelection. Twenty-three verſes tranſlated by Mr. Caſwall are in the "Hymnary," p. 539. See on this hymn, "Engliſh Hymnology," by L. C. Biggs, p. 99.

Jeſu dulciſſime! e throno gloriæ, 65.

From Daniel, vol. ii. p. 371.

Jeſu mi dulciſſime, Domine cœlorum, 179.

By S. Anſelm of Lucca; d. 1086. It is included

among his works by Migne, vol. cxlix. col. 593, as part of a long poem, a courſe of meditations on Our Lord's life and death. Trench, p. 134, gives a ſelection commencing "Deſere jam, anima, lectulum ſoporis," in which verſes i. ij. and iij. occur.

Jeſu, quadragenariæ, 1.

From Addl. MSS. 18301, Brit. Mus. and Daniel, vol. i. p. 5. One verſe omitted. Verſe i. *Dictator; Dicator* is preferable. Verſe iv. for *Jejunorum*, read *Jejuniorum*.

Jeſus, dulcis Nazarenus, 311.

From Neale's *Hymni Eccleſiæ*, p. 165. Five verſes omitted. In a note on p. 251 we read, "Exſtat hoc carmen in Miſſali Præmonſtratenſium: unde tranſcripſit H. A. Daniel." (Vol. ii. p. 262.) Daniel warms into enthuſiaſm when ſpeaking of this ſequence:—"Quid hoc carmine dulcius? Quid ſublimius et (ut ſummam commemoremus laudem) quid magis Chriſtianum?"

Jeſus, pro me perforatus, 43.

Tranſlated by the Right Hon. W. E. Gladſtone, M.P. from Toplady's "Rock of Ages." Firſt printed, I believe, in a volume of "Tranſlations" by Lord Lyttelton and Mr. Gladſtone, 1861, where the original order of verſes ij. and iij. is tranſpoſed.

J *eſus, quando per amorem*, 63.
Tranſlated by T. G. Godfrey-Fauſſett, from Harriet Auber's "Our bleſt Redeemer, ere He breathed."

L *audes canamus mortui*, 163.
Tranſlated by the Rev. Louis Coutier Biggs, from "We ſing the praiſe of Him who died," by Thomas Kelly. "Hymns Ancient and Modern Annotated," p. 103.

L *ux jucunda, lux inſignis*, 96.
By Adam de S. Victor. 12th century. Trench, p. 190. Gautier, p. 107, &c.

M *iræ contemplator crucis*, 18.
Tranſlated by T. G. Godfrey-Fauſſett, from "When I ſurvey the wondrous Croſs," by Iſaac Watts.

M *ortis portis fractis, fortis*, 55.
By Peter the Venerable, Abbot of Cluny. From Archbiſhop Trench's "Sacred Latin Poetry," p. 159. Ten lines omitted.

N *omen jure ſublimatum*, 279.
Daniel, vol. i. p. 307. A portion omitted.

N *os, reſpectu gratiæ*, 283.
Mone, vol. i. p. 80.

N *ube vectus en descendit*, 247.

Translated by Canon Pearson from C. Wesley's "Lo, He comes." From "Latin Translations of English Hymns," p. 19.

O *Amator animarum*, 199.

Translated by Canon Pearson from C. Wesley's "Jesu, Lover of my Soul," "Latin Translations of English Hymns," p. 67.

O *amor quam exstaticus*, 220.

Unknown. 15th century. From the Rev. Louis Coutier Biggs's "H. A. and M. Annotated," p. 177.

O *cæca mens mortalium*, 137.

Daniel, vol. ii. p. 378.

O *Deus ego amo Te*, 115.

Daniel, vol. ii. p. 335. See also note vol. iv. p. 347, where it is attributed to S. Francis Xavier.

O *Domine Deus, speravi in Te*, 181.

Said to have been written by Mary Queen of Scots in her Prayer Book. I do not think it has been actually traced. It occurs in Daniel, vol. iv. p. 348, and other collections both German and English.

O *mi Jesu, qui subire*, 24.

From *Notes and Queries*, 2nd S. vol. vii. p. 146, where the authorship is required.

O *populo mi, quid merui ?* 26.

From Neale's *Hymni Ecclefiæ*, p. 126. See alſo Daniel, vol. ii. p. 346. Verſe ij. for *offendite* read *offendi te.* Verſe xiv. for *nam* read *num.* Verſe xv. for *propera* Neale has *propere.*

O *quam glorificum*, 71.

From Mone, vol. i. p. 383. "'In abſentia ſponſi tempore tribulationis.' Hs. zu Karlſruhe ohne Nummer, 15. Jahrh. mit der Melodie. Nach Verſmaſs und Behandlung iſt dieſes Lied älter." Two verſes omitted. Tranſlated by Neale, "*Mediæval Hymns*," p. 190, "O what the bleſſedneſs, dwelling alone." He omits the ſame verſes and verſe xj.

O *quanta qualia*, 67.

From Mone, vol. i. p. 382. "Hs. zu S. Gallen, No. 528. f. 285. 14. Jahrh. Der Behandlung nach von einem franzöſiſchen Dichter."

O Rex *terræ, maris, poli*, 287.

Tranſlated by T. G. Godfrey-Fauſſett from Biſhop Wordſworth's "O Lord of Heaven and Earth and Sea."

O *ſacra potio, ſacra refectio*, 231.

Selection from Bernard of Morlaix, "*De Contemptu Mundi.*" T. Wright's "Anglo-Latin Satirical Poets," vol. ii. p. 12. It is to be regretted that Mr. Wright has

not mentioned the authorities, apparently at leaſt two MSS., from which he gives various readings. Nor has he ſtated the grounds on which he claſſes Bernard among Engliſh writers. Archbiſhop Trench and Dr. Neale ſeem to have uſed Flacius Illyricus as their authority for the centos already publiſhed from this poem.

O *Sol cordis, Jeſu care*, 226.

Tranſlated by J. Addington Symonds from Keble's "Sun of my ſoul."

O *ter fœcundas*, O *ter jucundas*, 251.

Quoted by Archbiſhop Trench, p. 116, from Walraff's "*Corolla Hymnorum*." "Can ſcarcely be earlier than the 15th century."

P *ange lingua glorioſi*, 30.

By S. Thomas Aquinas. See Daniel, vol. i. p. 245. In verſe iij. for *civis* read *cibis*. Verſe vij. belongs to another hymn, "O eſca viatorum," Dan. ii. 369.

P *aſce nos*, *Divine Panis*, 188.

Tranſlated by Canon Pearſon from Conder's "Bread of Heaven, on Thee we feed." "Hymns Ancient and Modern Annotated," p. 248.

P *aſtor meus, vivus Deus*, 133.

Tranſlation of Pſalm xxiij. by the late Rev. H. Drury, *Arundines Cami*, 3rd ed. 1846, p. 333.

P *ater Æterne! præſens aſſervare*, 297.

Tranſlation of "Eternal Father, ſtrong to ſave," by William Whiting. From "Hymns Ancient and Modern Annotated," p. 270.

P *ater in potentia*, 107.

From Mone, vol. i. p. 304. 13th century. Verſe iij. for *Ex morbida* read *Et morbida*.

P *atris ſapientia, veritas Divina*, 32.

Harl. MSS. 2951. This hymn, as "Hours of the Croſs," uſually occurs in the Sarum books. The Editor of the "Pſalter," Maſters, 1852, gives it from "Sar. Prymer," *Rouen*, 1538, 8vo. Probably of 12th century.

P *aulus Syon architectus*, 196.

From Mone, vol. iii. p. 85. 13th century.

P *lange Sion filia*, 40.

From Mone, vol. i. p. 104. From a MS. of the 15th century. A ſelection, five verſes being omitted. Verſe i. laſt line, for *Gravitur* read *Graviter*.

P *laudite Cœli*, 299.

From Daniel, vol. ii. p. 366.

P *lauſu chorus lætabundo. See Pſallat chorus lætabundo*, 110.

P *ortas veſtras æternales*, 87.

From Trench, p. 172, quoting Corner, *Promp. Devot.* p. 788. One verſe omitted.

P *oſcit regnum Dei Natus*, 308.

Tranſlated by T. G. Godfrey-Fauſſett from Biſhop Heber's "The Son of God goes forth to war."

P *oſtquam hoſtem et inferna*, 90.

By Adam de S. Victor. From Gautier, p. 101.

P *ropter amnes Babylonis. See Super amnes Babylonis*, 145.

P *ſallat chorus lætabundo*, 110.

By Adam de S. Victor. From Daniel, vol. ii. p. 88. Daniel reads the firſt line, "Plauſu chorus lætabundo." Archbiſhop Trench, p. 67, reads "Pſallat chorus corde mundo." Mone, vol. iii. p. 130, and Gautier, vol. ii. p. 417. "Plauſu chorus lætabundo." Verſe ij. laſt line for *quas*, read *quos*.

P*uer natus in Bethlehem*, 253.

From Trench, p. 97. Daniel, vol. i. p. 323.

Q*uæ beavit Paradiſum*, 291.

Tranſlated by the Rev. Herbert Kynaſton, D.D., from Keble's "The voice that breathed o'er Eden."

Q*ualis ſum, nec dicens quare*, 148.

Tranſlated by the Rev. Herbert Kynaſton, D.D. from "Juſt as I am, without one plea," by Charlotte Elliott, *Cantica Coletina*, p. 31, with an additional verſe now firſt publiſhed.

Q*uantus clamor et concentus*, 142.

By A. J. B. Beresford-Hope, M.P. from Neale's *Sequentiæ ex Miſſalibus*, 271. "In exitu Iſrael." Dr. Neale ſays, "Digniſſima videtur quæ cum aliis legatur, tam verborum diſpoſitione, quam theologica doctrina admirabilis." The laſt verſe altered by the author, 1873.

R*ecordare ſanctæ crucis*, 157.

By S. Bonaventura. From Daniel. vol. ii. p. 101.

R*ex Salomon fecit templum*, 192.

From Neale's *Sequentiæ ex Miſſalibus*, p. 248, "Ex Miſſalibus Trajectenſi et Andegavenſi."

S*alve mundi ſalutare*, 36.

By St. Bernard. Selection from the "*Oratio Rhythmica* ad membra Chriſti in cruce pendentis." The text is Neale's, Hy. Eccl., p. 122, with the omission of his third verſe. In verſe iv. the line "Arundine verberatum" is often read "Arundine sic verberatum."

S*alve ſaluberrima*. See *Veni, Chriſte optime*, p. 51.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY

S *anctæ Syon adſunt encœnia*, 305.

From Neale, Seq. ex Miſs. p. 252. "E Miſſali Nidroſienſi," that is, of Drontheim.

S *exta paßus feria*, 59.

By Adam de S. Victor. Gautier, p. 75.

S *tola regni laureatus*, 222.

By Adam de S. Victor. Trench, p. 202; Gautier, p. 407.

S *uave tempus et ſerenum*, 150.

Tranſlation by the Rev. Robinſon Thornton of the hymn, "Sweet the moments, rich in bleſſing," by the Hon. and Rev. W. Shirley, baſed on James Allen. See Gidley and Thornton's *Faſciculus*.

S *umme Pater, Sancte Deus*, 139.

From Mone, vol. i. p. 13. Four verſes out of ſix. 14th or perhaps 13th century.

S *uper amnes Babylonis*, 145.

A paraphraſe, by A. J. Beresford-Hope, M.P., of Pſalm cxxxix. A ſimilar verſion, commencing *Propter amnes Babylonis*, was printed in the *Arundines Cami*, but Mr. Hope has kindly rewritten nearly every line for the preſent work.

S *upernæ matris gaudia*, 217.

From Mone, vol. iii. p. 10. A ſelection.

S *urrexit Chriſtus hodie*, 46.

From Mone, vol. i. p. 195. He takes it from a MS. of the 14th century. Neale ſays it is apparently of the 12th: *Mediæval Hymns*, p. 166, where it is tranſlated. In verſe v. for *Annunciantum* read *Annunciantem*; or, as it is in many copies, *Annunciatum*.

T *andem audite me*, 211.

From Archbiſhop Trench's "Sacred Latin Poetry," p. 249, where it is headed *Phœnix inter flammas expirans*. Walraff, *Corolla Hymnorum*, p. 57. Daniel, vol. iv. p. 344, has a ſlightly differing verſion.

T *andem fluctus, tandem luctus*, 249.

From Daniel, vol. ii. p. 337. A tranſlation of this hymn is given by Neale, "Mediæval Hymns," p. 212. He ſays it "can ſcarcely be earlier than the 15th century."

T *ribus ſignis, Deo dignis*, 285.

From Croke's "Rhyming Latin Verſe," p. 53, where it is attributed to Hartman or Hartmutus, a monk of S. Gall, who flouriſhed in the 9th century. Dr. Trench, p. 127, gives a leſs decided opinion on this point.

U *ne, Bine, Trine*, 105.

Tranſlated by T. G. Godfrey-Fauſſett, from Biſhop Heber's "Holy, Holy, Holy."

U*t jucundas cervus undas*, 182.

From Archbiſhop Trench's "Sacred Latin Poetry," p. 237, where he ſays Mommey "attributes the poem from which theſe lines are drawn, but on grounds entirely inſufficient, to S. Bernard."

U*rbs Syon aurea, patria lactea, cive decora*, 241.

From Bernard of Morlaix, "*De Contemptu Mundi*," T. Wright's "Anglo-Latin Satirical Poets," p. 16. Many of theſe lines are included in the late Dr. Neale's tranſlation, beſt known as "Jeruſalem the Golden." See under "*O ſacra potio*," and "*Cælica copia*" in this index.

V*eni, Chriſte optime*, 51.

A ſelection from verſes beginning "*Salve Saluberrima*," in Mone, vol. i. p. 296, headed, "Oratio præparatoria ad Sacram Communionem." Nine verſes omitted, and the order changed.

V*eni, Sancte Spiritus*, 93.

By Robert, King of France. From Trench, "Sacred Latin Poetry," p. 196. "There exiſts," he ſays, "no ſufficient reaſon for calling in queſtion the attribution which has been commonly made of it to King Robert." But Pitra aſcribes it to Stephen Langton. See "Engliſh Hymnology," p. 36. In verſe v. for *A Lux* read *O Lux*.

Veni, veni Immanuel, 245.

From Neale's *Hymni Ecclesiæ*, p. 57, and Daniel, vol. ii. p. 336.

Verbum Dei increatum, 266.

Translated by the Rev. Louis Coutier Biggs, from Keble's "Word Supreme before Creation," "H. A. and M. Annotated," p. 63.

Vesper cadit, nox invadit, 274.

Translated by T. G. Godfrey-Faussett from Lyte's "Abide with me, fast falls the eventide."

CHISWICK PRESS:—PRINTED BY WHITTINGHAM AND WILKINS,
TOOKS COURT, CHANCERY LANE.

14 DAY USE
RETURN TO DESK FROM WHICH BORROWED

LOAN DEPT.

This book is due on the last date stamped below, or on the date to which renewed.
Renewed books are subject to immediate recall.

22Jul'60LO

REC'D LD
JUL 22 1960

LD 21A–50*m*-4,'60
(A9562s10)476B

General Library
University of California
Berkeley

YB 29248

144870

BV468
L6

UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY